cò peraltro alla fedeltà ed alla giustizia. – *In invidiam*: Rese con una falsa accusa oggetto d' invidia. – *Officio*: Adempì all' uffizio d' uomo onesto. – *Adhibuissent*: Avendo consultato. – *Ut res*: Per fissare di comune accordo il valore delle monete. – *Jactabatur*: Era sì poco costante. *Et ceteri*: E ciascuno per le proprie case prese commiato. – *Marius*: Mario peraltro dal congresso salì immediatamente su i rostri. – *Omnibus*: In tutte le strade furono inalzate delle statue, e davanti ad esse ardevano incensi e fiaccole. – *Quæ*: Che offuscano le menti degli uomini. – *Non ita*: Non sembra loro di gran rilievo. Quello poi, che ne è l'effetto, sembra degno di somma considerazione.

Gratidianus: Tullio unisce a Gratidiano il vocabolo *noster*, per essere, secondo il Facciolati, suo stretto parente.

quod ex eo paritur, permagnum videtur: ut Mario, præripere collegis, et Tribunis Plebis popularem gratiam, non ita turpe; consulem ob eam rem fieri, quod sibi tunc proposuerat, valde utile videbatur. Sed omnium una regula est, quam cupio tibi esse notissimam: aut illud, quod utile videtur, turpe ne sit; aut si turpe est, ne videatur esse utile. Quid igitur? possumusne aut illum Marium virum bonum judicare, aut hunc? Explica atque excute intelligentiam tuam, ut videas, quæ sit in ea species, forma, et notio viri boni. Cadit ergo in virum bonum mentiri emolumenti sui caussa, criminari, præripere, fallere? Nihil profecto minus. Est ergo ulla res tanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut viri boni et splendorem et nomen amittas? Quid est, quod afferre tantum utilitas ista quæ dicitur, possit, quantum auferre, si boni viri nomen eripuerit, fidem justitiamque detraxerit? Quid enim interest, utrum ex homine se quis conferat in belluam; an in hominis figura immanitatem gerat belluæ? Quid? qui omnia recta et honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur, nonne idem faciunt, quod is, qui etiam socerum habere voluit eum, cujus ipse audacia potens esset? Utile ei videbatur plurimum posse alterius invidia: id quam injustum in patriam, quam

- *Explica*: Considera ed esamina questo principio, ed osserva quale idea tu ti formi dell'uomo onesto, ed in quale aspetto ti si presenta. - *Cadit ergo*: Per tirare ai suoi particolari vantaggi, un uomo da bene potrà mentire? No certamente. - *Se quis*: Si trasformi in fiera. -

turpe esset, non videbat. Ipse autem socer in ore semper Græcos versus de Phœnissis habebat, quos dicam ut potero: incondite fortasse, sed tamen ut res possit intelligi:

Nam si violandum est jus, regnandi gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

Capitalis Eteocles, vel potius Euripides, qui id unum, quod omnium sceleratissimum fuerat, exceperit.

CAPUT XIV.

Confirmatur exemplis in partem utramque.

Quid igitur minuta colligimus, hereditates,

Incondite: Forse con poca eleganza. – *Si violandum*:

Se infranger leggi per salire al trono
Fia pur d'uopo, s'infrangano, e pietade
Sia degli altri pensieri il primo obietto.

Quid igitur: Ma che ci fermiam noi a raccogliere que-

Ipse autem socer: Cesare era divenuto suocero di Pompeo. Una sfrenata ambizione formò questo legame, che andò quindi a disciogliersi in una guerra civile.

De Phœnissis: Cesare aveva sempre in bocca questi versi della *Fenissa* d'Euripide, tanto adattati al carattere de' figli della misera Giocasta e dell' infelicissimo Edippo.

Immagine di Repubblica, maestà di Senato, fede di Capitano, ubbidienza di Cittadino erano idee bellissime ed onestissime, che saranno passate per la mente di Giulio Cesare, quando in Arimino stette in forse, se dovea, ripiegate le bandiere, passar oltre alla riviera ed inimicarsi Roma: ma l'idea prepotente della signoria del mondo soverchiò ogni altra. Non è che Cesare non pregiasse l'onestà, ma gli parve sempre gran cosa un regno. Ricordava quel verso da Euripide messo in bocca ad Eteocle, e lo citava ancor qualche volta: » Che se il diritto e la giustizia erano mai da violarsi, erano da violarsi solamente per regnare (*) ».

(*) Roberti.

mercaturas, venditiones fraudulentas? Ecce tibi, qui rex populi Romani, dominusque omnium gentium esse concupierit, idque perfecerit. Hanc cupiditatem si quis honestam esse dicit, amens est. Probat enim legum et libertatis interitum; earumque oppressionem tetram et detestabilem, gloriosam putat. Qui autem fatetur, honestum non esse in civitate, quæ libera fuit, quæque esse debeat, regnare; sed ei, qui id facere possit, esse utile: qua hunc objurgatione, aut quo potius convicio a tanto errore coner avertere? Potest enim, dii immortales, cuiquam esse utile fœdissimum et teterrimum parricidium patriæ: quamvis, eo qui se obstrinxerit, ab oppressis civibus parens nominetur? Honestate igitur dirigenda utilitas est, et quidem sic, ut hæc duo verbo inter se discrepare, re tamen unum sonare videantur. Non habeo ad vulgi opinionem, quæ major utilitas, quam regnandi esse possit: nihil contra inutilius ei, qui id injuste consecutus sit, invenio, cum ad veritatem cœpi revocare rationem. Possunt enim cuiquam esse utiles angores, solicitudines, diurni et nocturni metus, vita insidiarum periculorumque plenissima? *Multi iniqui atque infideles regno, pauci*

sti minuti esempi d' eredità? - *Ecce*: Eccoti un uomo. - *A tanto*: Tenterò io di richiamar costui da un abbaglio sì massiccio? - *Qui se*: Colui che vi s' impegnò. - *Inter se*: Sembrino esser tra loro discordi, ma in realtà

Qui rex: Intende di Cesare, che si fe' strada ad un governo assoluto.

Parens nominetur: Morto Cesare, fu posta sulla piazza una colonna con questa iscrizione: *al Padre della Patria.*

sunt boni, inquit Accius. At cui regno? quod a Tantalo, et Pelope proditum jure obtinebatur. Nam quanto plures ei regi putas, qui exercitu pop. Rom. populum ipsum Romanum oppressisset, civitatemque non modo liberam, sed etiam gentibus imperantem, servire sibi coegisset? Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera? Cujus autem vita ipsi potest utilis esse, cum ejus vitæ ea conditio sit, ut, qui illam eripuerit, in maxima et gratia futurus sit et gloria? Quod si hæc utilia non sunt, quæ maxime videntur, quia plena sunt dedecoris ac turpitudinis; satis persuasum esse debet, nihil esse utile, quod non honestum sit. Quamquam id quidem, cum sæpe alias, tum Pyrrhi bello a C. Fabricio Consule iterum, et a Senatu nostro judicatum est. Cum enim rex Pyrrhus pop. Rom. bellum ultro intulisset, cumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente; perfuga ab eo venit in castra Fabricii, eique est pollicitus, si præmium sibi proposuisset, se, ut clam venisset, sic clam in

non sieno che la medesima cosa. – *At cui*: Ma di qual regno intendeva? – *Nam*: Ma quanto maggiori nemici dovea temere quel Re. – *Hunc tu*: Quai fieri rimorsi d'una contaminata coscienza credi tu che avrà provato, quali ferite? – *In maxima*: Sia per giungere al massimo

Accius: Accio poeta latino, scrittore di tragedie e d'annali. Tullio ben sovente ne fa elogio e specialmente nel suo Oratore.

A Tantalo: Atreo e Tieste possedevano legittimamente l'impero, giacchè erano succeduti a Pelope, che l'aveva avuto da Tantalo.

Pyrrhi: Si è fatta menzione di Pirro nel Lib. I, cap. 12; di C. Fabricio, idem; di Aristide *de Senect.* cap. 7; di Silla Lib. I, cap. 31; di L. Filip. idem.

Perfuga: S'intende il medico di Pirro, altrove da noi menzionato.

Pyrrhi castra rediturum, et eum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum : idque ejus factum a Senatu laudatum est. Atqui si speciem utilitatis opinionemque quærimus, magnum illud bellum perfuga unus, et gravem adversarium imperii sustulisset : sed magnum dedecus et flagitium, quicum laudis certamen fuisset, eum non virtute, sed scelere superatum. Utrum igitur utilius vel Fabricio, qui talis in hac urbe, qualis Aristides Athenis fuit, vel Senatui nostro, qui numquam utilitatem a dignitate sejunxit, armis cum hoste certare, an venenis? Si gloriæ caussa imperium expetendum est, scelus absit, in quo non potest esse gloria : sin ipsæ opes expetuntur quoquo modo, non poterunt utiles esse cum infamia. Non igitur utilis illa L. Philippi, Q. filii, sententia : quas civitates L. Sylla, pecunia accepta, ex senatusconsulto liberavisset, ut eæ rursus vectigales essent; neque iis pecuniam, quam pro libertate dederant, redderemus. Est ei Senatus assensus : turpe imperio. Piratarum enim melior fides. At aucta vectigalia : utile igitur. Quousque audebunt dicere quicquam utile, quod non honestum? Potest autem ulli imperio, quod gloria debet esse fultum et benevolentia sociorum, utile esse odium et infamia?

grado di benemerenza e di gloria? – *Atqui* : Ma se consideriamo solo l' apparenza e l' opinione dell' utile. – *Ut eæ* : Di rendere nuovamente tributarie quelle città. – *Est ei* : Sebbene il Senato vi acconsentisse. Questo fu un segnare la Rep. di una marca d'infamia. – *At aucta* : Ma alcuno dirà : s' accrebbero le rendite, dunque la cosa fu utile.

Ego etiam cum Catone meo sæpe dissensi: nimis enim mihi videbatur præfracte ærarium vectigaliaque defendere, omnia publicanis negare, multa sociis: cum in hos benefici esse deberemus; cum illis sic agere, ut cum colonis nostris soleremus. Eoque magis, quod illa ordinum conjunctio ad salutem Reip. pertinebat. Male etiam Curio, cum caussam Transpadanorum æquam esse dicebat; semper autem addebat, Vincat utilitas. Potius diceret, non esse æquam, quia non esset utilis Reip. quam, cum utilem non esse diceret, esse æquam fateretur.

CAPUT XV.

Quæstiunculæ Stoicæ, in quibus alio ducit honestas, alio utilitas. Quid sequendum.

Plenus est sextus liber de Officiis Hecatonis talium quæstionum: sitne boni viri in maxima caritate annonæ familiam non alere. In utramque partem disputat; sed tamen ad extremum, utilitate putat Officium dirigi magis, quam humanitate. Quærit, si in mari jactura facienda sit, equine pretiosi potius jacturam faciat, an servuli vilis. Hic alio res familiaris, alio ducit

Sitne: Se sia da uomo onesto in una estrema penuria di viveri non alimentare i suoi servi. – *Hic:* Da una

Male etiam Curio: Tullio costante a' suoi principii, non può che rigettare quelli di Curione, che all' onesto l' utile anteponeva.

Transpadanorum: Si chiamavano Traspadani i popoli della Gallia Cisalpina, abitanti di là dal Po. Questi avendo dato del danaro a Silla nella guerra contro Mitridate, chiedavano o di esser fatti liberi, o che fosse restituito loro il danaro.

Hecatonis: Ecatone. Si è fatta di esso menzione in questo Lib. c. 10.

humanitas. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebitne eam sapiens, si potuerit? Negat, quia sit injurium. Quid dominus navis? eripietne suum? Minime, non plus, quam si navigantem in alto ejicere de navi velit, quia sua sit. Quoad enim perventum sit eo, quo sumpta navis est, non domini est navis, sed navigantium. Quid si una tabula sit, duo naufragi, hique sapientes? sibine uterque rapiat, an alter cedat alteri? Cedat vero, sed ei, cujus magis intersit vel sua, vel Reip. caussa vivere. Quid si hæc paria in utroque? Nullum erit certamen, sed quasi sorte, aut micando victùs, alteri cedat alter. Quid si pater fana expilet, cuniculos agat in ærarium, indicetne id magistratibus filius? Nefas id quidem est: quin etiam defendat patrem, si arguatur. Non igitur patria præstabit omnibus officiis? imò vero: sed ipsi patriæ conducit, pios habere cives in parentes. Quid si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater? silebitne filius? Imo vero obsecrabit patrem, ne id faciat: si nihil proficiet, accusabit; minabitur etiam; ad extremum

l' interesse, dall'altra parte reclama l'umanità. – *Non plus*: Non ha maggior diritto a far ciò, di quello che ne avrebbe a gettare in mare un navigante, per la sola ragione che la nave è di sua pertinenza. – *Aut micando*: O facendo alla mora. – *Cuniculos*: Faccia dei sotterranei, per impossessarsi del pubblico erario. – *Indicetne*: Dichiarerà forse ciò ai Magistrati? – *Non igitur*: Ma il dovere che si ha verso la patria (dirà alcuno), non supera qualunque altro dovere? – *Accusabit*: Farà ricorso alle riprensioni,

Accusabit: Quest' *accusabit* pare che qui stia invece di *reprehendet*, di *arguet*.

si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris. Quærit etiam, si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis, cum id rescierit, soluturusne sit eos, si cui debeat, pro bonis? Diogenes ait: Antipater negat, cui potius assentior. Qui vinum fugiens vendat sciens, debeatne dicere? Non necesse putat Diogenes: Antipater viri boni existimat. Hæc sunt quasi controversa jura Stoicorum. In mancipio vendendo, dicendane vitia? Non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium jure civili; sed hæc, mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum. Alteri dicenda videntur, alteri non videntur. Si quis aurum vendens, aurichalcum se putet vendere; indicetne ei vir bonus aurum illud esse, an emat denario, quod sit mille denarium? Perspicuum est jam, et quid mihi videatur, et quæ sit inter eos Philosophos, quos nominavi, controversia.

alle minacce. – *Si sapiens*: Se un uomo onesto, senza avvedersene, avrà riscosso per buone, monete false. – *Diogenes*: Diogene dice di sì: Antipatro di no: e questa mi pare la più vera. – *Qui vinum*: Chi a bella posta vende del vino, che presto si guasta e svanisce. – *Redhibeatur*: In forza della legge ti ritornano gli schiavi venduti. – *Alteri dicenda*: L' uno dice che debbono manifestarsi, l' altro lo nega. – *Perspicuum*: Chiaro apparisce e qualsia su tal punto la mia opinione. – *Quæ sit*: Ciò che costa mille.

Antipater: V. Antipatro Lib. II, cap. 18. V. Diogene Lib. III, cap. 8.
Mille denarium: Invece di *mille denariorum*.

CAPUT XVI.

Pacta et promissa quando servanda, et quando non servanda.

Pacta et promissa semperne servanda sint, quæ nec vi, nec dolo malo, ut prætores solent, facta sint. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, ne illo medicamento umquam postea uteretur: si eo medicamento sanus factus fuerit, et annis aliquot post inciderit in eumdem morbum; nec ab eo, quicum pepigerat, impetret, ut item eo liceat uti, quid faciendum sit? Cum sit is inhumanus, qui non concedat uti, nec ei quicquam fiat injuriæ, vitæ et saluti consulendum. Quid si quis sapiens rogatus sit ab eo, qui eum heredem faciat, cum ei testamento sestertium millies relinquatur, ut, antequam hereditatem adeat, luce palam in foro saltet, idque se facturum promiserit, quod aliter eum heredem scripturus ille non esset; faciat, quod promiserit, necne? Promisisse nollem; et id arbitror fuisse gravitatis: sed quoniam promisit, si saltare in foro turpe ducet, honestius mentietur,

Quæ: Nelle quali non ebbero mai luogo, per parlare colla formula dei Pretori, nè violenza, nè dolo malo. – *Ad aquam*: Per guarire l' idropisia. – *Antequam*: Prima d'entrare al possesso dell'eredità. – *Luce*: In pieno giorno faccia un ballo nel foro. – *Quod*: Senza questa promessa non sarebbe stato fatto erede, debbe egli eseguirla? – *Et id*: E credo che in tal guisa avrebbe agito da uomo

si ex hereditate nihil ceperit: nisi forte eam pecuniam in Reip. magnum aliquod tempus contulerit, ut vel saltare eum, cum patriæ consulturus sit, turpe non sit. Ac ne illa quidem promissa servanda sunt, quæ non sunt iis ipsis utilia, quibus promiseris. Sol Phaethonti filio (ut redeamus ad fabulas) facturum se esse dixit, quicquid optasset: optavit, ut in currum patris tolleretur; sublatus est, atque insanus, antequam constitit, ictu fulminis deflagravit. Quanto melius fuerat, in hoc promissum patris non esse servatum? Quid, quod Theseus exegit promissum a Neptuno? cui cum tres optationes Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti filii sui, cum is patri suspectus esset de noverca: quo impetrato, Theseus in maximis fuit

di senno – *Nisi forte*: Se pur non voglia impiegare quel danaro in qualche rilevante bisogno. – *Ut vel*: Ed in questo caso potrebbe anche ballare senza turpitudine, trattandosi di provvedere alla patria. – *Sublatus est*: Vi salì, ed il pazzo, prima d' aver presa posizione sicura, restò incenerito da un fulmine. – *Quid, quod*: Che diremo di Teseo, che volle effettuata la promessa di Nettuno? – *Cui*: A cui Nettuno avendo data la scelta di tre grazie. – *Cum is*: Essendogli caduto in sospetto di

Sol Phaethonti: Il Sole, ossia Febo, padre di Fetonte, essendosi protestato d' annuire a qualunque inchiesta del figlio, questi gli addimandò di condurre per un sol giorno il suo carro. Dopo essersi il padre inutilmente opposto, cedè il governo de' suoi destrieri a Fetonte, ma coll' insperta mano non potendo esso dirigerli, cadde nell' Eridano, dove le meste sorelle ne piansero amaramente la perdita.

Theseus: Nel Lib. I, cap. 10, abbiamo parlato di Teseo, di Nettuno, d' Ippolito.

luctibus. Quid Agamemnon? cum devovisset Dianæ, quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolavit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. Promissum potius non faciendum, quam tam tetrum facinus admittendum fuit. Ergo et promissa non facienda nonnumquam; neque semper deposita reddenda. Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens; reddere, peccatum sit: non reddere, officium. Quid si is, qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ, reddasne depositum? Non, credo: facias enim contra Remp., quæ debet esse carissima. Sic multa, quæ natura honesta videntur esse, temporibus fiunt non honesta. Facere promissa, stare conventis, reddere deposita, commutata utilitate, fiunt non honesta. Ac de iis quidem, quæ videntur esse utilitates contra justitiam simulatione prudentiæ, satis arbitror dictum. *Sed quoniam a quatuor fontibus honestatis primo libro Officia duximus, in eisdem versabimur, cum docebimus, ea, quæ videntur esse utilia, neque*

qualche segreta pratica colla matrigna. – *Temporibus*: Si rendono per il variar de' tempi e delle occasioni, vituperevoli. – *Commutata*: Appena cessano d' esser utili.

Agamemnon: Agamennone Re di Argo e Micene fece un voto a Diana, per impetrare favorevole ai Greci il viaggio a Troia: egli sciolse il voto colla morte della figlia Ifigenia.

Dianæ: Diana figlia di Giove e di Latona e sorella d' Apollo. In cielo si chiamava *Luna*, in terra *Diana*, nell'inferno *Ecate*, ed in forza di questi tre nomi ebbe ancora quello di *Triforme*.

Sed quoniam: Tutto questo squarcio scritto in corsivo abbiamo fondata ragione di crederlo ivi intruso da qualche inesperto grammatico.

sunt, quam sint virtutis inimica. Ac de prudentia quidem, quam vult imitari malitia; itemque de justitia, quæ semper est utilis, disputatum est.

CAPUT XVII.

Falsa utilitas quam sit inimica Fortitudini. Reguli factum, et argumenta contra ipsum.

Reliquæ sunt duæ partes honestatis, quarum altera in animi excellentis magnitudine et præstantia cernitur, altera in conformatione et moderatione continentiæ et temperantiæ. Utile videbatur Ulyssi (ut quidem poetæ tragici prodiderunt; nam apud Homerum, optimum auctorem, talis de Ulysse nulla suspicio est) sed insimulant eum tragœdiæ, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse. Non honestum consilium. At utile, ut aliquis fortasse dixerit, regnare, et Ithacæ vivere otiose cum parentibus,

Optimum : Autore di grandissima autorità. – *Simulatione* : Che volesse esimersi dalla guerra col pretesto d'esser demente. – *Ithacæ* : E trarre in Itaca una vita tranquilla.

Conformatione : Cos'è mai la *conformazione* e la *moderazione* della continenza e della temperanza? Sembra che debba leggersi: *in decore, moderatione, continentia, temperantia*: come nel principio (cap. 19).

Ulyssi : V. Ulisse Lib. I, cap. 31.

Homerum : Omero si può con tutta ragione riguardare come il padre della Poesia, i cui seguaci può dirsi che siensi in appresso formati alla scuola di lui. Sette città della Grecia si disputarono la gloria d'avergli dato la cuna, ed onori pressochè divini furon resi alla celebrita del suo nome. Il Petavio con Erodoto fa rimontare la sua nascita all' anno MXXVI av. G. C.

Ithacæ : Itaca città posta in un' isola del mare Ionio, fu patria d'Ulisse, che l' antepose all' immortalita promessagli da Calisso, se con lei dimorava.

cum uxore, cum filio. Ullum tu decus in quotidianis periculis et laboribus cum tranquillitate hac conferendum putas? Ego vero istam contemnendam et abjiciendam: quoniam quæ honesta non sit, ne utilem quidem esse arbitror. Quid enim auditurum putas fuisse Ulyssem, si in illa simulatione perseverasset? qui cum maximas res gesserit in bello, tamen hæc audiat ab Ajace:

Cuju' ipse princeps jurisjurandi fuit,
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem.
Furere assimulavit; ne coiret, institit.
Quod ni Palamedis perspicax prudentia
Istiu' percepset malitiosam audaciam;
Fide sacratum jus perpetuo falleret.

Illi vero non modo cum hostibus, verum etiam cum fluctibus, id quod fecit, dimicare melius fuit, quam deserere consentientem Græciam ad bellum Barbaris inferendum. Sed dimittamus et fabulas, et externa; ad rem factam, nostraque

- *Consentientem*: Unita di comune accordo per portar guerra ai Barbari. - *Ad rem*: A dei fatti veri, e che ri-

Cuju' ipse: Solo costui, che nel giurar fu il primo,
Come è noto a ciascun, mancò di fede.
Pazzo si finse, per fuggir la guerra:
Che se il sagace Palamede e accorto
Scoperto non avesse il reo disegno,
Si troverebbe ancor nello spergiuro.

Palamedis: Palamede figlio di Nauplio Re d'Eubea. Gli s'attribuisce l'invenzione de' pesi e delle misure, dell'arte di schierare un esercito, di regolar l'anno secondo il corso del sole, ed il mese secondo quello della luna. Plinio lo crede inventore di alcune lettere greche: i Greci infine son debitori a Palamede, se Ulisse intervenne cogli altri all'assedio di Troia.

Barbaris: A qualunque nazione, fuorchè ai Greci, si dava il nome di *Barbari*.

veniamus. M. Atilius Regulus, cum Consul iterum in Africa ex insidiis captus esset, duce Xantippo Lacedæmonio, imperatore autem patre Annibalis Hamilcare, juratus missus est ad Senatum, ut, nisi redditi essent Pœnis captivi nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem. Is cum Romam venisset, utilitatis speciem videbat, sed eam, ut res declarat, falsam judicavit. Manere in patria; esse domi suæ cum uxore, cum liberis; quam calamitatem accepisset in bello, communem fortunæ bellicæ judicantem, tenere consularis dignitatis gradum; quis hæc neget esse utilia? Quem censes? Magnitudo animi et fortitudo negat. Num locupletiores quæris auctores? Harum enim est virtutum proprium nil extimescere, omnia humana despicere, nihil quod

guardano noi stessi. – *Utilitatis*: L' apparenza dell' utile. – *Calamitatem*: Rovesciando la colpa della disfatta sopra il comun destino della guerra. – *Num*: Forse cerchi prove

M. Atilius: V. Attilio Regolo Lib. I, cap. 12.

Africa: Gli antichi non estendevano il nome di Africa a tutti i paesi, che conoscevano di quella parte di mondo. Il nome generico era Libia, e quello d' Africa si dava solamente al paese di Cartagine, come appunto ha fatto qui sopra il nostro autore.

Xantippo: Santippo Spartano, preso a soldo dai Cartaginesi, portò le armi contro l' esercito romano, capitanato da Regolo. Durante questa battaglia, Santippo finse una fuga; e con questo strattagemma disfece il nemico, ed ebbe tra i prigionieri l' istesso Regolo, che fu spedito a Roma col patto o di ottenere dal senato il cambio de' Cartaginesi fatti schiavi, o di tornare a Cartagine ad incontrare egli stesso la morte, al qual generoso partito s' apprese l' illustre Romano, come in altro luogo abbiam visto.

Hamilcare: Amilcare illustre Cartaginese, nemico giurato de' Romani, e padre d' Annibale, che tanto si segnalò nelle guerre Puniche contro Roma, finchè finalmente fu vinto da Scipione.

Carthaginem: V. Cartagine Lib. I, cap. 12.

homini accidere possit, intolerandum putare. Itaque quid fecit? In Senatum venit, mandata exposuit: sententiam ne diceret, recusavit; quamdiu jurejurando hostium teneretur, non esse se Senatorem. Atque illud etiam (o stultum hominem, dixerit quispiam, et repugnantem utilitati suæ!) reddi captivos, negavit esse utile: illos enim adolescentes, et bonos duces esse; se jam confectum senectute. Cujus cum valuisset auctoritas, captivi retenti sunt, ipse Carthaginem rediit: neque eum caritas patriæ retinuit, nec suorum. Neque vero tum ignorabat, se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia proficisci: sed jusjurandum conservandum putabat. Itaque tum, cum vigilando necabatur, erat in meliore caussa, quam si domi senex captivus, perjurus Consularis remansisset. At stulte, qui non modo non censuerit captivos remittendos, verum etiam dissuaserit. Quomodo stulte? etiamne si Reip. conducebat? Potest autem, quod inutile Reip. sit, id cuiquam civi utile esse? Pervertunt homines ea, quæ sunt fundamenta naturæ, cum utilitatem ab honestate sejungunt. Omnes enim expetimus utilitatem, ad eamque rapimur, nec facere aliter ullo modo possimus. Nam quis est, qui utilia fugiat?

di maggiore entità? – *Mandata*: Espose i patti di sua missione. – *Quamdiu*: E che egli non era considerato come Senatore, finchè era stretto dal giuramento fatto ai nemici. – *Repugnantem*: Nemico del proprio utile. – *Exquisita*: Ed ai più crudeli supplizi. – *Erat*: Era più felice e tranquillo. – *At stulte*: Ma già (mi si dice) egli agì da insensato, perchè invece di rimandare i prigionieri, ne dissuase la restituzione. – *Quomodo*: Come da insen-

aut quis potius, qui ea non studiosissime persequatur? Sed quia nusquam possumus nisi in laude, decore, honestate utilia reperire, propterea illa prima et summa habemus; utilitatis nomen non tam splendidum, quam necessarium ducimus. Quid est igitur, dixerit quis, in jurejurando? Num iratum timemus Jovem? At hoc quidem commune est omnium Philosophorum, non eorum modo, qui Deum nihil habere ipsum negotii dicunt, et nihil exhibere alteri, sed eorum etiam, qui Deum semper agere aliquid, et moliri volunt; numquam nec irasci Deum, nec nocere. Quid autem iratus Jupiter plus nocere potuisset, quam nocuit sibi ipse Regulus? Nulla igitur vis fuit religionis, quæ tantam utilitatem perverteret. Anne turpiter faceret? Primum,

sató? - *Non*: Non solamente di coloro, che sostengono che Dio non ha brighe, nè tampoco agli altri ne dà. - *Quæ*: Che potesse farlo rinunziare a sì rilevanti vantaggi.

Jovem: Giove figlio di Saturno e di Rea. La capricciosa e credula antichità gli offriva onori ed incensi, come al capo degli Dei, ed al dominatore dell' universo, mentre d' altronde l' assoggettava alle più ree e vergognose passioni.

Non eorum: Qui l' autore intende degli Epicurei, i quali non ammettendo la Provvidenza, credevano che l' Ente supremo se ne stesse in una perfetta inazione, niente curandosi delle cose degli uomini.

Sed eorum: Qui intende parlare degli Stoici, i quali ammettevano è vero la Provvidenza, ma credevano che Dio non avesse, anche volendo, possibilità di nuocere ad alcuno: principio falso ed a Lui sommamente ingiurioso. Tullio poi, che si è mostrato sempre persuaso che Dio, come giudice rettissimo, premia gli uomini da bene, e punisce i malvagi, non si sa concepire, come qui apparisca sotto questo rapporto non molto chiaro. Ma forse troppo impegnato nel dimostrare l' obbligo indispensabile che si ha d' osservare il giuramento, ha parlato con poca precisione di un punto che riguardava la Divinità.

minima de malis. Num igitur tantum mali turpitudo ista habebat, quantum ille cruciatus? Deinde illud etiam apud Accium: *Fregisti fidem. Neque dedi, neque do infideli cuiquam.* Quamquam ab impio Rege dicitur, luculente tamen dicitur. Addunt etiam, quemadmodum nos dicamus, videri quædam utilia, quæ non sint; sic se dicere, videri quædam honesta, quæ non sint: ut hoc ipsum videtur honestum, conservandi jurisjurandi caussa ad cruciatum revertisse; sed fit non honestum; quia, quod per vim hostium esset actum, ratum esse non debuit. Addunt etiam, quicquid valde utile sit, id fieri honestum, etiamsi antea non videretur.

CAPUT XVIII.

Defenditur Reguli factum. Tum multa de fide, et jurejurando, exemplis in partem utramque illustrata.

Hæc fere contra Regulum. Sed prima videa-

- *Minima*: Di due mali debbe scegliersi il minore. – *Illud*: Quella risposta d' Accio:

« Ei mi mancò di fede, io manco a lui
« Non merta fè chi non la serba altrui.

– *Ut hoc*: Come onesta sembra quell' azione di ritornare al supplizio, per non mancare al giuramento. – *Quod*: Perchè nullo doveva essere un giuramento, estorto dal nemico.

Hæc fere: Queste sono per lo più le ragioni che si

Impio Rege: Intende d' Atreo nella tragedia di questo titolo.
Regulum: Abbiamo parlato di Regolo nel Lib. I, cap. 12.

mus. Non fuit Jupiter metuendus, ne iratus noceret; qui neque irasci solet, neque nocere. Hæc quidem ratio non magis contra Regulum, quam contra omne jusjurandum valet. Sed in jurejurando, non qui metus, sed quæ vis sit, debet intelligi. Est enim jusjurandum affirmatio religiosa. Quod autem affirmate, quasi Deo teste, promiseris, id tenendum est. Jam enim non ad iram Deorum, quæ nulla est, sed ad justitiam et ad fidem pertinet. Nam præclare Ennius:

O fides alma, apta pinnis, et jusjurandum Jovis.

Qui igitur jusjurandum violat, is Fidem violat, quam in Capitolio vicinam Jovis Opt. Max. ut in Catonis oratione est, majores nostri esse voluerunt. At enim ne iratus quidem Jupiter plus Regulo nocuisset, quam sibi nocuit ipse Regulus. Certe; si nihil malum esset, nisi dolere. Id autem non modo non summum malum, sed ne malum quidem esse, maxima auctoritate Philosophi affirmant. Quorum quidem testem non mediocrem, sed haud scio an gravissimum, Regulum, nolite, quæso, vituperare. Quem enim

portano contro Regolo. – *Id tenendum*: Sei tenuto a mantenerlo. – *O fides*:

« O alma fè, che t' ergi al Cielo, e Giove
« Vindice fai dei lesi dritti tuoi.

– *Quem*: Qual prova più sicura e irrefragabile di questa?

Jupiter: V. Giove in questo libro, cap. 17.

Ennius: V. Ennio nel Lib. I, cap. 7.

Quam in Capitolio: Scauro, come può vedersi nel Lib. II, cap. 23, de Nat. Deor., consacrò sul Campidoglio, vicino a quello di Giove Ottimo Massimo, un tempio alla Fede.

locupletiorem quærimus, quam principem pop. Rom. qui retinendi Officii caussa cruciatum subierit voluntarium? Nam, quod ajunt, Minima de malis; idest ut turpiter potius, quam calamitose: an est ullum majus malum turpitudine? Quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa depravatio et fœditas turpificati animi debet videri? Itaque nervosius qui ista disserunt, solum audent malum dicere id, quod turpe sit; qui autem remissius, hi tamen non dubitant summum malum dicere. Nam illud quidem, *Neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam*: iccirco recte a poeta, quia cum tractaretur Atreus, personæ serviendum fuit. Sed si hinc sibi sumunt, nullam esse fidem, quæ infideli data sit; videant, ne quæ-

– *Nam, quod*: Intorno poi a quel proverbio « che fra due mali deve scegliersi il minore » non altro s' intende che è meglio cadere in azioni turpi che in disgrazie. – *An est*: Ma vi è mal maggiore d' un' azione men che onesta? – *Quanta*: Quanto più debbe disgustosa apparirci la depravazione e deformità d' un animo contaminato? – *Nervosius*: Quelli che su tal proposito parlano con molto calore. – *Nam illud*: Quel detto poi, *non merta fè chi non la serba altrui.* – *Iccirco*: Per questo appunto si è ben espresso il poeta, perchè si tratta d'Atreo. – *Personæ*: Dovè adattarsi al carattere del soggetto. – *Ne quæratur*: Di non cercare un pretesto, per coprir lo spergiuro.

Principem pop. Rom.: Regolo era insignito della dignità consolare, e sotto questo aspetto riguardar potevasi come uno de' capi del governo.

Itaque nervosius: Gli Stoici davano il semplice titolo di male a ciò che disconveniva, mentre sommo male appellavasi da' Peripatetici e dagli Accademici.

Atreus: V. Atreo nel Lib. I, cap. 27.

ratur latebra perjurio. Est autem jus etiam bellicum, fidesque jurisjurandi sæpe hosti servanda. Quod enim ita juratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est: quod aliter, id si non feceris, nullum perjurium est. Ut si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si juratus quidem id non feceris. Nam pirata non est ex perduellium numero definitus, sed communis

– *Ut mens*: La mente s' accorda colle espressioni. – *Ut si*: Verbigrazia, se tu non pagherai ai Corsali la somma stabilita del tuo riscatto. – *Nam pirata*: Poichè il pirata non è compreso nel numero dei guerreggianti. –

Nam pirata: Tullio dice che si può mancar di fede ai Pirati; non peraltro ai nemiei: perchè i primi si considerano come nemici comoni, perciò non meritano che s' usino loro rignardi. È vero poi che uno è tenuto a serbar la fede delle promesse e de' giuramenti anche al nemico; ma a mio parere a due condizioni: 1. che il promittente non sia coatto, mentre una promessa estorta con violenza non può mai obbligare; 2. il nemico dee esser legittimo e giusto, come una potenza belligerante, riconosciuta per tale anche dall' altra, contro cui guerreggia, colla quale si possono stipulare accordi, trattati, ec. Ma i pirati nessuno gli ha mai riconosciuti per tali. Costoro son ladri, sono assassini pubblici, coi quali non si patteggia altro che colla forca, o colla fucilazione. Chi ha mai creduto che uno sia in dovere di serbar la promessa ad un assassino di strada, il quale colla pistola al petto vi obbliga a promettergli una somma di danaro? Che diritto ha costui d' usar con voi tal violenza, e voi che obbligo avete di mantener la parola ad uno scellerato, che ve l' ha estorta per forza, e che non avea nessun diritto sui vostri averi? Dovrebbe però dirsi altrimenti, se questi pirati non fossero ladri marittimi, che robano per mestiere, ma andassero in corso con patenti del loro governo, il quale fosse attualmente in guerra colla nazione su cui esercitano le prede; poichè allora vi sarebbero autorizzati legalmente e legittimamente, e farebber parte dei combattenti in guerra giusta e legale; giacchè la potenza che guerreggia, ha diritto di prevalersi di tutti quei mezzi che tendono ad indebolire le forze del nemico, per ridurlo così alla ragione ed al dovere.

hostis omnium. Cum hoc nec fides esse debet, nec jusjurandum commune. Non enim falsum jurare, perjurare est; sed quod ex animi tui sententia juraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est. Scite enim Euripides:

Juravi lingua, mentem injuratam gero.

Regulus vero non debuit conditiones pactionesque bellicas et hostiles perturbare perjurio: cum justo enim et legitimo hoste res gerebatur, adversus quem et totum jus Feciale, et multa sunt jura communia. Quod ni ita esset, numquam claros viros Senatus vinctos hostibus dedidisset. At vero T. Veturius, et Sp. Postumius, cum iterum Consules essent, quia, cum

Ex animi: Chi giurando da buon senno, secondo le nostre usitate formule. - *Juravi*:

Non consentendo il cuor, giurò la lingua.

More: Proferita la formula, che s' usava nei giuramenti.

Euripides: Euripide, celebratissimo poeta greco, nacque 480 anni avanti G. C. nell' isola di Salamina. S' applicò alla Rettorica sotto Prodico, alla Morale sotto Socrate, ed alla Fisica sotto Anassagora. Ma il suo genio lo trasportò a coltivare la poesia drammatica, nella quale si distinse per un merito straordinario. Nella solitudine compose la maggior parte delle sue tragedie, che gli acquistarono un plauso universale. Si portò alla corte d'Archelao Re di Macedonia, dove fu splendidamente trattato, ed inoltre si vuole che quel potente monarca lo adoprasse assai volte nei bisogni dello stato. Euripide scrisse 92 tragedie, ma sole diciannove pervennero fino a noi.

Jus feciale: S' è parlato del diritto feciale nel Lib. I, cap. 12.

Hostibus dedidisset: Il popolo romano era solito di consegnare in poter del nemico que' cittadini, che senza l'assenso del senato e del popolo avessero concluso colla parte avversa la pace; ciò che seguì ai Consoli L. Veturio e Sp. Postumio, i quali bloccati coi Sanniti, conclusero nelle montagne di Caudio un trattato di pace, senza aver prima consultato il senato ed il popolo. Questo fatto si può vedere riportato minutamente da Livio (nel Lib. IX, cap. 10).

male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub jugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt his: injussu enim Populi Senatusque fecerant. Eodemque tempore Ti. Numicius, Q. Mælius, qui tum Tribuni plebis erant, quod eorum auctoritate pax erat facta, dediti sunt, ut pax Samnitium repudiaretur. Atque hujus deditionis ipse Postumius, qui dedebatur, suasor et auctor fuit. Quod idem multis annis post C. Mancinus, qui, ut Numantinis, quibuscum sine Senatus auctoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationem suasit eam, quam L. Furius, et Sex. Atilius ex S. C. ferebant: qua accepta, est hostibus deditus. Honestius hic, quam Q. Pompejus; quo, cum in eadem caussa esset, deprecante, accepta lex non est. Hic ea, quæ videbatur utilitas, plus valuit, quam honestas. Apud superiores utilitatis species falsa, ab honestatis auctoritate superata est.

– *Qui dedebatur*: Era fra quelli, che potevano essere consegnati. – *Ferebant*: Portavano al popolo. –

Samnitibus: I Sanniti, chiamati altrimenti Sabelli, diminutivo di Sabini, perchè si vuole che da quel popolo prendessero origine. Al dir di Plinio, di Strabone e del Cluverio, abitavano uno dei monti del Lazio, chiamato *Sannio*, da cui trassero il nome. Le loro città erano *Audifene*, *Boviano*, *Benevento*. Si è di essi parlato nel Lib. I, cap. 12.

C. Mancinus: I deputati romani volendo dare in ostaggio ai Numantini C. Ostilio Mancino, che senza il loro intervento avea concluso un trattato di pace, quest' ultimi risposero, che il sangue di un solo non era bastante ad espiare la violazione della pubblica fede.

L. Furius: Sembra che poco interessi per l' intelligenza del testo il far quivi parola di L. Furio, e di Sesto Attilio.

Q. Pompejus: Q. Pompeo, che prima di Cajo Ostilio aveva fatto un vergognoso concordato coi Numantini, anteponendo il suo particolare interesse all' onesto, ed al bene della patria, richiese ed ottenne che la legge non avesse vigore contro di lui.

At non debuit ratum esse, quod erat actum per vim: quasi vero forti viro vis possit adhiberi. Cur igitur ad Senatum proficiscebatur, cum præsertim de captivis dissuasurus esset? Quod maximum in eo est, id reprehenditis. Non enim suo judicio stetit, sed suscepit caussam, ut esset judicium Senatus: cui nisi ipse auctor fuisset, captivi profecto Pœnis redditi essent; ita incolumis in patria Regulus restitisset. Quod quia patriæ non utile putavit, iccirco honestum sibi et sentire illa, et pati credidit. Nam quod ajunt, quod valde utile sit, id fieri honestum: imo vero esse, non fieri. Est enim nihil utile, quod idem non honestum: nec quia utile, honestum est; sed quia honestum, utile. Quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præstantius. Sed ex tota hac laude Reguli, unum illud est admiratione dignum, quod captivos retinendos censuerit. Nam quod rediit, nobis nunc mirabile videtur: illis quidem temporibus aliter facere non potuit. Itaque ista laus non est hominis, sed temporum. Nullum enim vinculum ad astringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt. Id indicant leges

At non: Ma s' obietta di nuovo contro Regolo, e dicesi, che un giuramento estorto dalla violenza dovea esser nullo. - *Quod*: Questa che riprendete in Regolo, è la più bella e la più lodevole delle sue azioni. - *Non enim*: Poichè egli non volle agire di proprio arbitrio, ma s'addossò l' impresa, per consultare il Senato. - *Et sentire*: E di manifestare in tal guisa i suoi sentimenti, e di soffrire qualunque affronto per la patria. - *Imo*: Anzi non dobbiamo dire che diviene onesta, ma che lo è di sua natura. - *Aliter*: Non poteva agire diversamente. - *Indicant*: Ne

in XII Tabulis, indicant sacratæ, indicant fœdera, quibus etiam cum hoste devincitur fides; indicant notationes, animadversionesque Censorum, qui nulla de re diligentius, quam de jurejurando judicabant. L. Manlio A. F. cum Dictator fuisset, M. Pomponius Tribunus plebis diem dixit, quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset: criminabatur etiam, quod Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus, ab hominibus relegasset, et ruri habitare jussisset. Quod cum audivisset adolescens filius, negotium exiberi patri, accurrisse Ro-

sono una prova le leggi delle dodici tavole, come pure le leggi sacre. – *Devincitur*: Per mezzo delle quali si vincola anche al nemico la fede. – *Notationes*: Le inquisizioni ed i giudizi. – *Diem dixit*: Lo chiamò in giudizio, per aver egli portato avanti di pochi giorni più del dovere l'esercizio della Dittatura. – *Negotium*: Che s' agitava una causa

Censorum: I Censori condannavano all'infamia qualunque cittadino, che si fosse potuto tacciare di spergiuro.

M. Pomponius: Con quest' esempio vuole il nostro autore viemeglio provare quanto sacro ed inviolabile fosse in Roma un giuramento prestato. Il tribuno Pomponio si pose ad accusare A. Manilio, imputandogli d' aver tenuto una mala condotta in tempo della sua dittatura, e di aver prorogato l' esercizio di quella suprema autorità: tacciandolo in fine delle maniere inumane e crudeli, con cui trattava il suo proprio figlio. Ma questo figlio virtuoso, che il rispetto per le patrie leggi e l' affetto filiale a qualsiasi cosa anteponeva, si porta un giorno da Pomponio, ed impugnata la spada, l' obbliga con giuramento a desistere dalle accuse contro il padre dirette. E questi è T. Mallio, quel medesimo, che un giorno sul fiume Anieno (oggi Teverone) uccise un soldato di smisurata grandezza, che provocava i Romani a battaglia. Questi infine è quel medesimo, che per servire alle leggi della patria, non dubitò di sacrificare l' istesso suo figlio, che senza il suo assenso aveva affrontato e vinto il nemico.

mam, et prima luce Pomponii domum venisse dicitur. Cui cum esset nuntiatum, quod illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit e lectulo, remotisque arbitris, ad se adolescentem jussit venire. At ille, ut ingressus est, confestim gladium distrinxit, juravitque, se illum statim interfecturum, nisi jusjurandum sibi dedisset, se patrem missum esse facturum. Juravit hoc terrore coactus Pomponius; rem ad populum detulit; docuit, cur sibi a caussa desistere necesse esset; Manlium missum fecit: tantum temporibus illis jusjurandum valebat. Atque hic T. Manlius is est, qui ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto, cognomen invenit: cujus tertio consulatu Latini ad Veserim fusi et fugati. Magnus vir in primis, et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium. Sed ut laudandus Regulus in conservando jurejurando; sic decem illi, quos post Cannensem pugnam juratos ad Senatum misit Annibal, in castra redituros ea, quorum potiti erant Pœni, nisi de redimendis captivis impetravissent; si non redierunt, vituperandi. De quibus non omnes uno modo. Nam Polybius, bonus

contro il padre. – *Remotisque*: Fatta ritirare qualunque persona. – *Se patrem*: Se non avesse desistito d' agire contro il padre. – *Manlium*: Lasciò Mallio in libertà. – *Ad Anienem*: Presso il fiume Anieno. *Fusi*: Furono rotti e sbaragliati. – *Non omnes*: Variano fra loro gli scrittori nel riferirne le circostanze. – *Bonus*: Il più ac-

Polybius: Polibio di Megalopoli, figlio di Licota, che fiorì principalmente sotto il regno di Tolomeo Filometore. Scipione Emiliano lo condusse seco in Africa, ed ivi si servì sempre de' suoi consigli. Poli-

auctor in primis, scribit ex decem nobilissimis, qui tum erant missi, novem revertisse, a Senatu re non impetrata; unum ex decem, qui paullo post quam egressus erat e castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus, Romæ remansisse. Reditu enim in castra liberatum se esse jurejurando interpretabatur. Non recte: fraus enim astringit, non dissolvit perjurium. Fuit igitur stulta calliditas, perverse imitata prudentiam. Itaque decrevit Senatus, ut ille veterator et callidus vinctus ad Annibalem duceretur. Sed illud maximum: octo hominum millia tenebat Annibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent, sed qui relicti in castris fuissent a Paullo et Varrone Consulibus.

creditato scrittore de' suoi tempi. – *Fraus enim:* Poichè la frode ben lungi da scusar lo spergiuro, maggiormente l' aggrava. – *Ut ille:* Che quell' esperto ingannatore. – *Sed illud:* Ma questa è una prova anche maggiore. –

bio scrisse la sua storia dalla seconda guerra Punica fino alla rovina dell' impero di Macedonia. Questa è esatta e fedele. Egli si mostra nella medesima più amico della verità, che di uno stile ameno e ridente, cui peraltro sa con accortezza condire di massime di prudenza, di politica e di scienza militare. Tito Livio, che forse per gara di mestiere si limita a dire che Polibio non è uno storico da disprezzarsi, si è giovato molto di lui: e noi ignoreremmo molti fatti della romana potenza, se non ci fosse pervenuta la storia di quest' illustre scrittore.

Paullo et Varrone: Dopochè al lago Trasimeno fu sconfitto da Annibale l' esercito de' Romani, questi pensarono di ristabilire le loro cose col crear Dittatore Q. Fabio, detto il Massimo, che procurò a Roma dei notabili vantaggi, evitando col nemico qualunque combattimento. Ma le cose mutarono sensibilmente d'aspetto, allorchè ritornato Fabio in Roma, i Consoli L. Paolo Emilio e C. Terenzio Varrone diedero a Canne una battaglia, nella quale perdettero quarantamila soldati. Il Console Paolo Emilio vi fu ucciso con ottanta Senatori, e trenta persone consolari.

Eos Senatus non censuit redimendos, cum id parva pecunia fieri posset: ut esset insitum militibus nostris aut vincere, aut emori. Qua quidem re audita, fractum animum Annibalis scripsit idem, quod Senatus Populusque Romanus rebus afflictis tam excelso animo fuisset. Sic honestatis comparatione ea, quæ videntur utilia, vincuntur. Acilius autem, qui Græce scripsit historiam, plures ait fuisse, qui in castra revertissent, eadem fraude, ut jurejurando liberarentur, eosque a Censoribus omnibus ignominiis notatos. Sit jam hujus loci finis. Perspicuum est enim, quæ timido animo, humili, demisso, fractoque fiant (quale fuisset Reguli factum, si aut de captivis, quod ipsi opus esse videretur, non quod Reip. censuisset, aut domi remanere voluisset) non esse utilia, quia sint flagitiosa, fœda, turpia.

Cum id: Sebbene potesse ciò ottenere con piccola somma. – *Ut esset*: Affinchè fosse scolpito negli animi de' nostri soldati questo principio, che è necessario o vincere o morire. – *Qua quidem*: La qual cosa, come riferisce l'istesso Polibio, abbattè il coraggio d'Annibale, considerando nel popolo R. siffatta fortezza d'animo in mezzo a tante calamità. – *Sit jam*: Ma omai si dia termine a questa materia. – *Quæ timido*: Che nasce da un animo timido, pusillanime e vile.... non può mai essere utile, perchè accompagnato dal delitto, dall'abominazione, dall'infamia.

Annibalis: V. Annibale Lib. I, cap. 12.

Acilius: Intorno ai libri Aciliani, V. Livio (Lib. 25, cap. 39). Acilio era romano, sebbene abbia scritto in greco. Gli annali di lui furono tradotti in latino da Q. Claudio Quadrigario.

CAPUT XIX.

Falsa utilitas quam sit inimica Temperantiæ.

Restat quarta pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. Potest igitur quicquam utile esse, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? Atqui ab Aristippo Cyrenaici atque Annicerii

Aristippo: Aristippo di Cirene fu capo della setta cirenaica, e fu scolare di Socrate, ma la vita licenziosa che tenne, è per noi di una luminosa riprova che poco si giovasse degli insegnamenti del suo saggio maestro. Infatti la setta d'Aristippo ha per principal fine di riporre la somma felicità dell'uomo nei voluttuosi piaceri. Orazio loda assai questo Filosofo, forse perchè non gli spiaceva del tutto la sua buona morale. Aristippo fu molto amato dai grandi, massime da Dionisio il Tiranno, che trattava il Filosofo con maggior domestichezza di quello che a Re si convenisse, poichè danzavano ed ubriacavansi insieme, e soddisfacevano ai sensi senza principio di ritegno e di pudore. Aristippo poi, oltre al disordine de' suoi costumi, si rese ancora famoso per la prontezza delle sue risposte, e vivacità delle sue arguzie, di cui tanto Dionisio dilettavasi. Un giorno questi gli addimandò, perchè i filosofi ricercassero la protezione de' grandi, e questi non mai quella de' filosofi? *Perchè i filosofi*, rispose Aristippo, *conoscono i loro bisogni, non così può dirsi de' grandi.* Un altro giorno il tiranno gli diede la scelta di tre cortigiane, Aristippo le prese tutte e tre, dicendo *che Paride non stava meglio per aver giudicato a favore di una Dea contro le altre due.* Una volta Diogene il Cinico volendo riprenderlo, perchè facesse tanto il cortigiano, gli disse: *Se Aristippo contentar si potesse di legumi, non si abbasserebbe a fare vilmente la corte ai principi.* Ma Aristippo gli rispose, come suol dirsi, per le rime. *Se colui, che mi condanna*, disse egli, *sapesse far la corte ai principi, non si contenterebbe di legumi.* Avendo un' altra volta Aristippo richiesto cinquanta dramme ad un padre, per istruirne il figliuolo, *Come cinquanta dramme!* esclamò il padre, *non ce ne vorrebber di più per comprare uno schiavo: Compralo dunque*, replicò il Filosofo, *e ne avrai due.* Aristippo viveva 400 anni in circa avanti G. C. Compose varie opere, che non

Philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt, virtutemque censuerunt ob rem eam esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis. Quibus obsoletis, floret Epicurus, ejusdem fere

Quod efficiens : Se non perchè produce il piacere. – *Quibus* : Questa setta più non esisle, ma sorse quindi

sono a noi pervenute, ma se erano scritte, come ci è forza credere, secondo le sue massime, e la sua morale, sembra che poco debba importarcene la perdita. Ebbe un figlio, ed una figlia per nome *Aretea*, cui amò grandemente ; non così il figlio, che abbandonò, perchè protestavasi di non volere esser filosofo.

Annicerii : Da Anniceride ebbe origine la setta Anniceria, che seguì perfettamente le dottrine e gli insegnamenti d'Aristippo.

Epicurus : Un uomo che in ogni età ha avuto in pari tempo e i più imperterriti accusatori, e i più animosi apologisti della sua vita privata (non dirò delle massime e degli insegnamenti, chè tutti unanimemente per scellerati e per empi li tennero) doveva, non v'è dubbio, costretto io a favellarne, rendere il mio animo vacillante e perplesso a quale delle due opinioni appigliarsi, per timore ora di trovare nei primi dei giudici troppo severi, e perciò poco giusti, ed or negli altri accecati e troppo parziali fautori. La cosa che era stata, ed è in gran parte tuttor controversa, abbisognava, come chiaro ognun vede, di una ben lunga ed accurata disamina, per trovare, se possibil fosse, in mezzo alle tenebre delle mal ferme opinioni la verità dai pregiudizi e prevenzioni al lume di una fredda e sana ragione depurata, la verità dico, alla investigazion della quale deve l' uomo dirigere le forze tutte del suo intelletto. Bilanciate pertanto dell' una e dell' altra parte le autorità e le ragioni, mi fu d' uopo convenire che Epicuro non era quell' uomo incolpabile che vien da molti estimato. Cicerone, Plutarco, Seneca ed altri fra gli antichi, e, per tacere di molti, Rollin, Leclerc, Laharpe fra i moderni ad evidenza dimostrano che tale non fosse. Non volli ciò pertanto discendere a lottare in sì difficile arringo, quantunque ne avessi ben d' onde, se dritto rimirasi al fine che mi proposi, primachè si fosse per me interpellato pur anche un uomo e per dottrina e per sana critica stimabilissimo, e il cui giudizio mi è legge. Una siffatta autorità mi accresce stimolo ad esporre modestamente quale opinione io tenga su questo Filosofo.

Che Epicuro non fosse quell' uomo innocente e virtuoso, che da al-

adjutor auctorque sententiæ. Cum his, viris equisque, ut dicitur, si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum. Nam si non

Epicuro a convalidare e promuovere quest' istesso principio. – *Viris*: A spada tratta. – *Nam si*: Poichè se l'utilità, anzi la perfetta felicità della vita umana è posta in una costituzione assai vantaggiosa, e nella fiducia pur anche questa sia per essere durevole. –

cuni de' moderni si vuol sostenere, si rileva primo dall' autorità degli antichi, secondo dalle sue dottrine, terzo dalla di lui storia. E primieramente fra gli scrittori gentili Cicerone, Plutarco, Seneca (uomini gravissimi) ne hanno parlato assai male, come fra i Padri Clemente Alessandriuo, Lattanzio, Ambrogio, ed altri; l' autorità de' quali dev' esser di sommo peso, mentre nè erano ignoranti, nè pregiudicati, nè prevenuti, e perciò non vi era alcuna ragione, per cui volessero screditarlo, qualora non vi fossero stati obbligati dalla forza della verità. In seguito si è sempre parlato e pensato così di Epicuro, finchè a Pietro Gassendo venne la fantasia di difenderlo, e di farlo passare poco meno che per un santo. Io non so qual ragione abbia indotto a ciò fare questo dotto Francese: forse il desiderio di far conoscere l' acutezza del suo ingegno, e di rendersi celebre col sostenere un paradosso, ve lo spinse; giacchè io non voglio credere che sotto questa difesa si nascondessero ree intenzioni e mire colpevoli. Non così dirò del Bayle gran patrocinatore degl' increduli e degli empi, il quale avidamente abbracciò il sentimento del Gassendo, ma per un fine del tutto diverso da quello di quel valentuomo. Ma è regola di sana critica, che trattandosi di fatti o dottrine antiche, si dee prestar fede piuttosto a coloro che erano più prossimi di tempo all' autore, che a quelli che ne sono più remoti, perchè si suppone sicuramente, che ne dovessero essere assai più istruiti de' moderni, onde correndo almeno 1500 anni di distanza fra i surriferiti scrittori, ed il Gassendo, ed il Bayle, non è difficile il decidere quali più degni sieno di credenza. Che se anche li vorremo confrontare dal lato delle dottrine, credo che non si avranno a male il Gassendo ed il Bayle, per dotti che sieno, di cedere a que' più rinomati autori dell' antichità.

Ma questi autori dell' antichità se hanno accagionato Epicuro di corrotta morale e di depravati costumi, doveano averne ben d'onde; di-

modo utilitas, sed vita omnis beata, corporis firma constitutione, ejusque constitutionis spe explorata, ut a Metrodoro scriptum est, conti-

versamente sarebbero stati gratuiti inventori di calunnie. Questo è pertanto ciò che devesi in secondo luogo dimostrare, cioè che, dalle sue dottrine (senza far pur parola della tradizione orale, che dovea esser costante) si deduce apertamente essere stato Epicuro un empio ed in conseguenza un immorale. Sono a tutti manifesti i dogmi di questo filosofo particolarmente dal poema di Lucrezio suo famoso seguace. Per Epicuro il mondo è un complesso di atomi eterni fortuitamente accozzati, tutto è materia diversamente modificata: Iddio non esiste, o se nomina talvolta gli Dei, questi son nomi senza significato e Dei da scena, che abitano negl' intermondi, che non si prendon cura di cosa alcuna. Quindi per necessaria illazione non vi è provvidenza, non cause finali, per cui ogni mezzo sia indirizzato ad un fine, ma ogni cosa è così perchè deve esser così; la spiritualità e l' immortalità dell' anima sono una favola; i gastighi dell' altra vita una chimera; la onestà delle azioni un pregiudizio, e la morte è fine di tutto, nè altro più rimane al di là del sepolcro. Ora, domando io: uno che nutre e professa cotali massime potrà mai essere un uomo virtuoso ed onesto? Tolta la persuasione dell' esistenza di Dio e della sua provvidenza e giustizia, a che si ridurranno le leggi morali di natura, se non che all' arbitrio e capriccio degli uomini? Quali leggi saran capaci a trattenere ed infrenare le passioni? Quali saran valevoli ad allontanare l' ateo da quelle scelleraggini, che son commesse in silenzio, ed occultissimamente a tutti, a gastigar le quali non arrivano le leggi umane? Per uno che niente spera o teme dopo la morte, qual vi avrà virtù se non ciò che contenti ogni sua voglia, qual vizio se non ciò che si opponga a' suoi sregolati appetiti? Così esser deve necessariamente in forza di sistema; mentre, se fosse al contrario, quest' ateo sarebbe l' uomo il più stravagante e più scimunito del mondo, giacchè riponendo ogni felicità sua nel saziare le proprie voglie, a quelle voglie perpetuamente resisterebbe senza altro pro che di viver sempre infelice, il che sarebbe una manifesta incoerenza ed assurdità. Ciò posto, Epicuro non poteva essere un uomo dabbene, come colui che non aveva motivo di esserlo per l' esposte ragioni; e se apparentemente aveva qualche virtù, questo avvenir doveva non per amor di quella come virtù, ma perchè la doveva considerar come un mezzo di soddisfare a' suoi desideri, essendo per lui indifferente se poi questo mezzo fosse

netur; certe hæc utilitas, et quidem summa (sic enim censent) cum honestate pugnabit. Nam ubi primum prudentiæ locus dabitur? An, ut

intrinsecamente buono o cattivo; e dovea prevalersene a comodo, e secondo le occasioni, come si fa di un vestito grave, che s' indossa sol quando è freddo, e passato il freddo si lascia.

Ma finalmente da ciò che ci narra la di lui storia, credo che potremo formarci un' adequata idea di Epicuro. Che ci racconta pertanto Diogene Laerzio nel Lib. 10, nella vita di questo filosofo? Che il piacere è il principio ed il fine della vita beata. Ma qui, si dirà, sta il cardine della controversia. Epicuro per piacere ha inteso la soave pace e tranquillità dello spirito, non l' appagamento de' sensi. Ma questo è falso; poichè in primo luogo il vocabolo ἡδονή, di cui servesi il greco autore, suona a parola *voluptas* in latino. Bello è il sentire ciò che dice Cic. su questo proposito, poichè anche a lui volevano richiamare in dubbio l' intelligenza di questo termine. » *Itaque hoc frequenter dici solet a vobis non intelligere nos quam dicat Epicurus voluptatem. Quod quidem mihi si quando dictum est, est autem dictum non parum sæpe, etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Ego ne non intelligo quid sit* ἡδονή *græce, latine voluptas? utram tandem linguam nescio? Deinde qui fit ut ego nesciam; sciant omnes quicumque epicurei esse voluerunt?* » (De finib. Lib. 2, cap. 4.) Questo nome pertanto significa il piacer de' sensi bello e buono: ora sto a vedere se uno che ripone il sommo bene nel piacer de' sensi, possa dirsi uomo incolpabile. Se costui adunque riputerà necessario a soddisfare i suoi sensi il rubare, ruberà; se l'uccidere, ucciderà; se il mentire, mentirà, e così dicasi delle altre cose. Ma ripetono i di lui difensori » Epicuro dice non potersi vivere giocondamente, se non prudentemente ed onestamente » (Diog. Laert. ibid.). Appunto, rispondo io; la virtù, la prudenza, la giustizia sono opportunissime per isfuggire i dolori, le ansietà e le angosce, che possono amareggiare il piacere: dunque secondo Epicuro debbono seguirsi, ed ecco Epicuro virtuoso; la temperanza fa parere il cibo ed il bere più appetitoso, e confacente alla salute, ed ecco Epicuro temperante; la continenza fa che la macchina non si snervi, ed ecco Epicuro continente; l' amicizia è utilissima e gioconda, e fa parer men gravi gli affanni della vita, ed ecco Epicuro buon amico. Per nome dunque di virtù intendeva Epicuro l' arte di saper godere, cioè di sapere scansare i dispiaceri, le odiosità, le malattie, e di gustare i diletti più raffinati e scevri da ogni dolore e

conquirat undique suavitates? Quam miser virtutis famulatus servientis voluptati! Quod autem munus prudentiæ? An legere intelligenter vo-

Quam miser: Dura condizione della virtù, ridotta a servire al piacere! – *An legere*: Forse a scegliere con raffinato discer-

da ogni noia. Fin qui veramente non ci trovo nè il santo nè l' incolpabile, ma sibbene il furbo e il voluttuoso. Ma Epicuro, dirà taluno, intendeva per tranquillità e diletto di spirito la parola *ἡδονὴ voluptas*. Abbiamo veduto di sopra in Cic., che ben s' intendeva di greco, come questo vocabolo non è stato mai usato per significare la tranquillità dello spirito, ma bensì il piacer sensuale: e poi quando volessimo per liberalità concedere, ciò significar questo vocabolo, chi non vede che questa tranquillità era appunto il resultato del godimento de' piaceri, gustati con misura e con riserbo, per fuggir così la perturbazione, il disgusto, il travaglio, le malattie e il gastigo, che potessero amareggiarli?

Si è detto che i di lui seguaci colla irregolarità de' lor costumi hanno screditato il maestro. Ne dubito fortemente. Per me credo che tanto il maestro, quanto i suoi discepoli e successori fossero tanti dissoluti. Si sa da Eusebio, Præp. ec. Lib. 14, c. 5, che nessuna setta di filosofi è stata più impegnata a gelosamente conservare le primitive dottrine del suo maestro, anche ad onta del tempo, che suole alterare ogni cosa, quanto gli Epicurei. I suoi dogmi sono stati sempre inalterabili, e concordemente insegnati e venerati da' suoi seguaci. Da questa scuola uscirono Alceo e Filisco greci, che i Romani esiliarono perchè insegnavano malvage e sconce cose ai giovanetti; da questa, per tacer di tanti altri, Orazio e Petronio fra i latini. Il primo dice di se stesso » Me crassum et nitidum bene curata cute vise, cum ridere voles, Epicuri de grece porcum ». Il secondo si sa da Tacito che era l' indagatore e l'arbitro di ogni voluttà più raffinata. Se dunque eran dissoluti e licenziosi i discepoli, che non si allontanarono una linea dalle orme del lor maestro, convien dire per necessaria illazione che Epicuro era un dissoluto, ed un rilassato, e non quell' uomo incorrotto, quale da alcuni si vorrebbe descrivere. Non si nega pertanto che sia stato un buon fisico, un buon naturalista; ma un uomo di puri ed illibati costumi no mai.

Metrodoro: Metrodoro, nativo di Chio, discepolo di Democrito, d' Ippocrate e d' Anassarco, tenne onoratissimo luogo fra i dotti de' suoi tempi, come si mostrò valentissimo nell' arte medica. Il

ptates? Fac nihil isto esse jucundius: quid cogitari potest turpius? Jam qui dolorem summum malum judicat, apud eum quem habet locum fortitudo, quæ est dolorum laborumque contemptio? Quamvis enim multis in locis dicat Epicurus, sicut hic dicit, satis fortiter de dolore; tamen non id spectandum est, quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona voluptate terminaverit, mala dolore: ut si illum audiam de continentia et temperantia, dicit ille quidem multa multis locis; sed aqua hæret, ut ajunt. Nam qui potest temperantiam laudare is, qui ponat summum bonum in voluptate? Est enim temperantia libidinum inimica; libidines autem consectatrices voluptatis. Atque in his tamen tribus generibus, quoquo modo possunt, non incallide tergiversantur. Prudentiam introducunt, scientiam suppeditantem voluptates, depellentem dolores. Fortitudinem quoque aliquo modo expediunt, cum tradunt rationem negligendæ mortis, perpetiendique doloris. Etiam temperantiam inducunt, non facillime illi quidem, sed tamen quoquo modo possunt. Dicunt enim

nimento la voluttà? - *Dicat*: Epicuro parli molto da forte del dolore, come fa anche qui. - *Sed aqua*: Ma si può dire che egli abbia fabbricato sull' acqua. - *Non incallide*: Con molta astuzia si schermiscono. - *Suppeditantem*: Dichiarandola come il mezzo di produrre il piacere, d'allontanare il

tempo ei ha iovolate le di loi opere, comprovanti il suo profondo sapere. Questo Metrodoro peraltro non dee coofondersi con quello, che dagli Ateoiesi fu spedito a P. Emilio col doppio iocarieo di Pittore e di Maestro, quando quell' illustre Romano, vinto Perseo, dimandava due soggetti, uoo ehe dipiogesse il suo trionfo, l' altro che istruisse i suoi figli.

voluptatis magnitudinem doloris detractione finiri. Justitia vacillat, vel jacet potius, omnesque eæ virtutes, quæ in communitate cernuntur et in societate generis humani. Neque enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non plus quam amicitia; si hæc non per se expetantur, sed ad voluptatem utilitatemve referantur. Conferamus igitur in pauca. Nam ut utilitatem nullam esse docuimus, quæ honestati esset contraria, sic omnem voluptatem dicimus honestati esse contrariam. Quo magis reprehendendos Calliphonem, et Dinomachum judico; qui se dirempturos controversiam putaverunt, si cum honestate voluptatem, tamquam cum homine pecudem, copulavissent. Non recipit istam conjunctionem honestas, aspernatur, repellit. Nec vero finis bonorum et malorum, qui simplex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri et temperari potest. Sed de hoc (magna enim

dolore. – *Si hæc*: Se non si desiderino per se stesse, ma perchè produttrici di piaceri e vantaggi. – *Conferamus*: Ma concludiamo il tutto in poche parole. – *Qui se*: I quali crederono di toglier di mezzo questa controversia, se avessero unito la voluttà all' onestà, come una belva

Calliphonem: Callifone e Dinomarco riponevano il *Sommo Bene* nell' onestà, unita peraltro ad un piacere disordinato. Chi può contare i delirii di tanti antichi filosofi per quello che il *Sommo Bene* riguarda? Chi stima d'averlo trovato nei rigori d' una ostentata virtù, chi nell' affettata tolleranza di un eccessivo dolore, e chi pur anche nel libero sfogo delle più brutali passioni. E se alcuno di questi è giunto a concepire la sublime idea dell' immortalità dell' anima, e conseguentemente di una vita futura, pur nonostante anche quest' idea non era scevra di alcuni erronei principii, ingiuriosi piuttosto alla Divinità, che atti ad adorarne le perfezioni.

res est) alio loco pluribus. Nunc ad propositum. Quemadmodum igitur, si quando ea, quæ videretur utilitas, honestati repugnat, dijudicanda res sit, satis est supra disputatum: sin autem speciem utilitatis etiam voluptas habere dicatur, nulla potest esse ei cum honestate conjunctio. Nam ut tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortasse nonnihil, utilitatis certe nihil habebit.

CAPUT XX.

Adhortatio, quæ Procemio libri primi respondet.

Habes a patre munus, Marce fili, mea quidem sententia magnum: sed perinde erit, ut acceperis. Quamquam tibi hi tres libri inter Cratippi commentarios tamquam hospites erunt recipiendi. Sed ut, si ipse venissem Athenas (quod quidem esset factum, nisi me de medio cursu clara voce patria revocasset) aliquando me quoque audires: sic, quoniam his voluminibus ad te profecta vox mea est, tribues his temporis quantum poteris; poteris autem, quantum voles. Cum vero intellexero, te hoc scientiæ genere gaudere, tum et præsens tecum prope-

coll'uomo. – *Alio*: Ne parlai più diffusamente in altro luogo.

Habes: Ecco il dono, che ricevi dal padre. – *Sed perinde*: Ma poi sarà in proporzione dell' uso, che saprai farne. – *His*: Io ti parlo con questi tre libri. – *Te hoc*: Che tu di questi precetti ti compiaci, anzi di questo genere di scienza. – *Tum*: Allora parlerò teco in persona.

Cratippi: V. il Proem. del Lib. I.
Athenas: V. de Amicitia, cap. 2.

diem, ut spero, et dum aberis, absens loquar. Vale igitur, mi Cicero, tibique persuade, te mihi quidem esse carissimum; sed multo fore cariorem, si talibus monumentis præceptisque lætabere.

Eccoci, o giovanetti, alla fine di quest' aureo trattato sui doveri dell' uomo di M. Tullio. Le massime, che in esso s' enunciano, e che tanto concordano coi principii evangelici, possano infiammarvi alla perfetta pratica di ciò che siete in obbligo d' osservare. Le premure che mi diedi nel rendervelo più familiare saranno largamente retribuite, lo spero, dal buon uso che saprete farne. Non crediate di apprezzar mai abbastanza un' opera, che ha formato in ogni tempo l' ammirazione del saggio, e di cui disse pur chiaramente il celebre *Barbeyrac* alla prefazione all'Opera del *Puffendorf*, che questo eccellente trattato, noto a tutti, è il miglior trattato di morale di tutta l' antichità, che noi abbiamo; il più regolare, il più metodico, e quello che più s' accosta ad un sistema compito ed esatto. Non vuol peraltro negarsi che in esso non trovisi qualche massima poco sana, ma questo non deve gran fatto sorprenderci, ove riflettasi che è un Gentile che parla.

FINIS LIBRI TERTII.

M. TULLII
CICERONIS
LÆLIUS,
SIVE
DE AMICITIA,

DIALOGUS AD T. POMPONIUM ATTICUM SCRIPTUS, UT VIDETUR, ANNO AB U. C. DCCX. VEL PAULLO ANTE. FINGITUR HABITUS A C. LÆLIO PAUCIS DIEBUS POST MORTEM AFRICANI.

Q. Mucius Augur multa narrare de C. Læ- 1

Si figura che il presente discorso sull' amicizia, intitolato da Cicerone a Pomponio, sia stato detto da C. Lelio pochi giorni dopo la morte d'Africano. Questo primo capitolo serve come di preliminare e d'argomento al trattato sull' amicizia. Qui l' autore con ammirabile brevità e sorprendente evidenza accenna il modo da lui tenuto, onde formarlo; modo al certo quanto altri mai nobilissimo; e perfettamente collegato al suo fine, perchè oltre l' istruirci coi fatti i più rimarchevoli della storia e della politica, che tendon tutti a provare la santità dell' amicizia, ha inoltre il pregio, non meno interessante benchè accessorio, di rendersi dilettevole colla semplicità e vivezza d' un animato dialogo.

Q. Mucius Augur : Q. Muzio Scevola è quel medesimo, di cui il nostro autore ha diffusamente parlato nel Bruto (cap. 26). Egli fu Console nell' anno 637 con Q. Cecilio Metello. Ebbe quindi in moglie Lelia, figlia di Lelio, e suocera di Crasso l' Oratore, la quale levò di sè

lio socero suo memoriter et jucunde solebat; nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scævolam, sumta virili toga, ut, quoad possem et liceret, a senis latere numquam discederem. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa etiam breviter et commode dicta, memoriæ mandabam, fierique studebam ejus prudentia doctior. Quo mortuo, me ad Pontificem Scævolam contuli, quem unum nostræ civitatis et ingenio et justitia præstantissimum audeo dicere. Sed de hoc alias: nunc redeo ad Augurem. Cum sæpe multa narraret, tum memini domi in hemicyclio sedentem, ut solebat, cum et ego essem una, et pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere, qui tum fere multis erat in ore. Meministi enim profecto, Attice,

Et jucunde: Dilettevolmente. – *Nunc*: Torno adesso all'Augure. Fra molte altre cose, mi ricordo specialmente.

tanta fama per la sua somma straordinaria eloquenza. Sotto la disciplina di un tal personaggio d' ogni maniera ragguardevolissimo fu posto il nostro autore dal padre nell' anno diciassettesimo dell' età sua, come s' usava presso i Romani con quelli che incamminavansi al foro.

Appellare sapientem: Con questo titolo sì onorevole generalmente vien chiamato Lelio dagli scrittori. Così Orazio disse di lui (Lib. II, sat. 2) *Mitis sapientia Lælii.*

In hemicyclio: Questo era il luogo della casa, dove convenivano gli amici, per conversare. Nel medesimo vedevansi disposti dei seggi, la cui forma semicircolare era greca, come si ha da Plutarco in Nicia.

Attice: T. Pomponio, cognominato Attico, per aver passato ben molto tempo in Atene, per la qual città sentiva un incredibil trasporto. Questi fu il solo amico, che Tullio sperimentasse sempre fedele ed affezionato, specialmente nei maggiori infortunii del suo bando da Roma. Le lettere a Pomponio dirette formano un' opera di Cicerone, non punto alle altre inferiore: come Attico stesso debbe ripetere la

et eo magis, quod P. Sulpitio utebare multum, cum is Tribunus Pleb. capitali odio a Q. Pompejo, qui tum erat Consul, dissideret, quicum conjunctissime et amantissime vixerat, quanta hominum esset vel admiratio, vel querela. Itaque tum Scævola, cum in eam ipsam mentionem incidisset, exposuit nobis sermonem Lælii de Amicitia habitum ab illo secum, et cum altero genero C. Fannio Marci filio, paucis diebus

Utebare: Eri molto legato d'intrinsechezza con P. Sulpizio. – *Quicum*: Col quale avea vissuto in stretti legami d' affettuosa amicizia. – *Cum in eam*: Avendolo il discorso portato a farne menzione. – *Cum altero*: Con uno de' suoi

maggior parte della sua gloria da sì dotto carteggio. Chi volesse poi de' ragguagli più esatti intorno alla storia di quest' illustre Romano, legga la vita, che ce ne ha trasmessa Nipote, il quale oltre la verità storica mirabilmente conservata, niente ha lasciato da desiderare sia per la purità della lingua, per l' eleganza de' modi, per la facilità dello stile. Nel tempo dell' esilio di Cicerone, Attico oltre l' essersi animosamente adoprato, per ottenerne il ritorno, soccorse pur anche coi suoi averi alle afflitte fortune della di lui perseguitata famiglia.

P. Sulpitio: P. Sulpizio uno degli interlocutori nel dialogo l' *Oratore* tutto si dedicò fin da giovinetto all'Eloquenza, proponendosi d'imitare L. Crasso, che godeva in allora di somma reputazione. Non furono senza lodevole effetto i tentativi di Sulpizio, poichè fece prova di grande ingegno, per cui si rese in breve tempo chiarissimo. Sommo era l' amore e la stima che Tullio per esso nutriva. Silla pieno di mal talento contro Sulpizio, perchè aveagli fatto togliere il comando nella guerra Mitridatica, congiurò contro di lui, e l' uccise.

Q. Pompejo: Questo Pompeo fu Console nell' anno 666 con L. Cornelio Silla, cognominato Strabone.

C. Fannio: C. Fannio, illustre oratore e storico, era genero di C. Lelio, giacchè ne avea sposata la figlia minore. È uno degli interlocutori in questo dialogo. Tullio in molti luoghi ha fatto menzione di lui, e specialmente nel Lib. II del suo Oratore.

post mortem Africani. Cujus disputationis sententias memoriæ mandavi, quas in hoc libro exposui meo arbitratu. Quasi enim ipsos introduxi loquentes; ne Inquam, et Inquit, sæpius interponeretur. Atque id eo feci, ut tamquam a præsentibus coram haberi sermo videretur. Cum enim sæpe mecum ageres, Attice, ut de Amicitia scriberem aliquid; digna mihi res cum omnium cognitione, tum nostra familiaritate visa est: itaque feci non invitus, ut prodessem multis tuo rogatu. Sed ut in Catone majore, qui est scriptus ad te de Senectute, Catonem induxi senem disputantem; quia nulla videbatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur, quam ejus, qui et diutissime senex fuisset, et in ipsa senectute præ ceteris floruisset: sic cum accepissemus a patribus, maxime memorabilem C. Lælii, et P. Scipionis familiaritatem fuisse, C. Lælii persona visa est idonea mihi, quæ de Amicitia ea ipsa dissereret, quæ disputata ab eo meminisset meus Scævola. Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum aucto-

generi. – *Ne inquam*: Per non frapporre spesso, io dirò, egli disse. – *Cum enim*: Poichè avendo tu sovente tentato d' indurmi. – *Sed ut in Catone*: Ma siccome nel Catone il maggiore, ossia nel trattato sulla vecchiezza, che volli a te dedicato. – *Et in ipsa*: E nella stessa vecchiezza spiccò sopra ogni altro. – *Quæ disputata*: Il cui argomento trattato un giorno da Lelio, cel ricordasse il nostro Scevola. – *Genus*: La qual sorta di parlare non so come sembri

De Amicitia: Sembra che Cicerone abbia scritto quest' aureo trattato sull' *Amicizia* nell' anno stesso della sua morte, cioè nell' anno di Roma 710 (av. G. C. 40), che sarebbe così posteriore d' un anno solo al trattato sulla *Vecchiezza*.

ritate, et eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere gravitatis. Itaque ipse mea legens sic afficior interdum, ut Catonem, non me loqui existimem. Sed ut tum ad senem senex de Senectute, sic in hoc libro ad amicum amicissimus de Amicitia scripsi. Tum est Cato locutus, quo erat nemo fere senior temporibus illis, nemo prudentior: nunc Lælius, et sapiens (sic enim est habitus) et amicitiæ gloria excellens, de Amicitia loquitur. Tu velim a me animum parumper avertas, Lælium loqui ipsum putes. C. Fannius, et Q. Mucius ad socerum veniunt post mortem Africani: ab his sermo oritur: respondet Lælius, cujus tota disputatio est de Amicitia; quam legens tu te ipse cognosces. FANNIUS. Sunt ista, Læli: nec enim 2
melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior: sed existimare debes, omnium oculos in te esse conjectos; unum te sapientem et appellant, et

avere aspetto di maggior gravità. - *Sic afficior*: Provo talvolta una siffatta impressione. - *Quam legens*: Cui leggendo ravviserai l' immagine di te stesso.

Sunt ista: Sì, o Lelio, la cosa è come tu dici. -

Ut Catonem: Nel trattato della vecchiezza ha saputo il nostro autore siffattamente imitare il carattere, i modi, i sentimenti, le opinioni del vecchio Catone, che ben sovente non temiamo d' illuderci confessando che ci sembra di conversare con Catone stesso, tanto vive sono le immagini, e sì naturale ed animato il linguaggio; e quando per un istante ci risvegliamo, per così dire, dal nostro errore, ci è forza confessare che Tullio per lo meno ha servito mirabilmente al propostosi fine.

Sunt ista: Questa è la parte esecutiva, in cui comincia a trattarsi l' argomento per via di dialogo. Si finge per primo che Lelio formando per soggetto del suo ragionare le chiare azioni d' Africano, Fannio pienamente a lui consentendo, gli risponda « Sì, o Lelio, la cosa è come tu dici ».

existimant. Tribuebatur hoc modo M. Catoni; scimus L. Atilium apud patres nostros appellatum esse sapientem: sed uterque alio quodam modo; Atilius, quia prudens esse in jure civili putabatur; Cato, quia multarum rerum usum habebat, multaque ejus et in Senatu et in foro vel provisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acute ferebantur; propterea quasi cognomen jam habebat in senectute sapientis. Te autem non solum natura et moribus, verum etiam studio et doctrina sapientem: nec sicut vulgus, sed ut eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia neminem. Nam qui septem appellantur, eos, qui ista subtilius quærunt, in numero sapientum non habent. Athenis unum accepimus, et eum quidem etiam

Tribuebatur: Ed in questo medesimo senso si dava un tal nome. – *Multarum*: Aveva molta esperienza, e narravansi di lui molte cose e nel senato e nel foro, o saggiamente prevedute, o con fermezza di carattere mandate ad effetto, o risposte date con acutezza d'ingegno. – *Qui ista*: Poichè coloro, che più sottilmente questa materia disaminano, non ripongono nel novero de' sapienti i sette saggi della Grecia. – *Athenis*: Sappiamo uno esservene stato in

In reliqua Græcia: Ciò dice in rapporto d'Atene, che nomina più sotto.

Qui septem: Quelli che meritarono d'essere annoverati tra i sette sapienti della Grecia furono, Solone Ateniese, Talete di Mileto, Chilone di Lacedemone, Pittaco di Mitilene, Periandro di Corinto, Biante e Cleobulo, dei quali ignorasi l'origine.

Athenis: Le chiarissime militari imprese operate dagli illustri suoi cittadini, e le ottime discipline, che in ogni tempo promosse, valsero in gran parte ad assicurarle una fama immortale.

Unum accepimus: S'intende di Socrate, di cui più sopra parlammo.

Apollinis oraculo sapientissimum judicatum. Hanc esse in te sapientiam existimant, ut omnia tua in te posita esse ducas, humanosque casus virtute inferiores esse putes. Itaque ex me quærunt, credo item ex te, Scævola, quonam pacto mortem Africani feras, eoque magis, quod his proximis nonis, cum in hortos D. Bruti Auguris commentandi caussa, ut assolet, venissemus, tu non affuisti; qui diligentissime semper illum diem, et illud munus solitus esses obire. SCAEVOLA. Quærunt quidem, C. Læli, multi, ut est a Fannio dictum: sed ego id respondeo, quod animadverti, te dolorem, quem acceperis tum summi viri tum amantissimi morte, ferre moderate; nec potuisse non commoveri, nec fuisse id humanitatis tuæ. Quod autem his nonis in nostro collegio non affuisses, invaletudinem caussæ, non mæstitiam fuisse. LAELIUS.

Atene. – *Quonam*: Con qual fortezza d' animo. – *Quod his*: E tanto più che nel giorno dell' ultime none tu non intervenisti a questa nostra adunanza, mentre in tal giorno t' eri fatto come un dovere di non mancarvi giammai. – *Commentandi caussa*: Per tener dispute, come è in uso. – *Nec potuisse*: Ma che peraltro non hai potuto non restarne commosso, nè ciò il sofferse la sensibi-

Apollinis: In Delfo trovavasi il celebre Oracolo d' Apollo, consultato da tutta quanta la Grecia, prima di qualunque intrapresa, specialmente guerriera. L' importanza che si dava alla cosa, la solennità delle cerimonie, il fanatismo e la superstizione de' popoli, le risposte equivoche ed il doppio senso dell'Oracolo, tutto contribuì a tenerne nascosta sotto un velo tenebroso l' impostura e la frode.

Auguris: Gli Auguri in Roma eran soliti convenire insieme il giorno delle none, tenendo fra loro varie dispute. Sembra peraltro, che non avessero luogo fisso per queste adunanze.

Recte tu quidem, Scævola, et vere. Nec enim ab isto officio, quod semper usurpavi, cum valerem, abduci incommodo meo debui: nec ullo casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, ut ulla intermissio fiat officii. Tu autem, Fanni, quod mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amice: sed, ut mihi videris, non recte judicas de Catone: aut enim nemo, quod quidem magis credo, aut si quisquam, ille sapiens fuit. Quomodo enim, ut alia omittam, mortem filii tulit? Memineram Paullum, videram Gallum; sed hi in pueris, Cato in perfecto et spectato

lità del tuo animo. - *Quod semper*: Al quale sempre ho soddisfatto, essendo sano. - *Nec ullo*: E giudico che non possa per qualsiasi cosa accadere ad uomo di fermo carattere, di interromper la pratica del proprio dovere. - *Aut enim*: Poichè o non vi fu alcun saggio, ciò che meglio mi sembra, o se alcuno, ei fu quel desso. - *Sed hi*: Ma questi perderono i figli nella loro puerizia; Catone se lo vide rapito già d'anni maturo e di senno.

Paullum: L. Paolo Emilio il Macedonico aveva due figli nella pretesta, per i quali nutrivansi le più alte speranze. Egli vide perire il primo avanti di portar trionfo sul Re Perseo, vide mancarsi il secondo poco tempo dopo una tale sconfitta. Livio (Lib. X, cap. 55) fa risaltare l'invitta costanza d'Emilio in siffatto doloroso frangente.

Gallum: Questi sembra quel Gallo, di cui Tullio fa pur menzione nel libro secondo del suo Oratore. Fu intimo amico di Lelio, come ne fa ampia fede Svetonio nel suo libro degli illustri poeti. Avverte qui Cicerone che Paolo e Gallo avevano minor motivo di lamentarsi della morte de' loro figli, perchè gli avevano perduti in un' età assai tenera; ciò che non poteva dirsi rispetto al figlio di Catone, il quale era di già Pretore, aveva sposata la figlia del valorosissimo P. Emilio, e faceva nutrire di sè le più lusinghiere speranze.

viro. Quamobrem cave, Catoni anteponas ne
istum quidem ipsum, quem Apollo, ut ais, sa-
pientissimum judicavit. Hujus enim facta, illius
dicta laudantur. De me autem (ut jam cum
utroque loquar) sic habetote. Ego, si Scipionis 3
desiderio me moveri negem, quam id recte fa-
ciam, viderint sapientes; sed certe mentiar. Mo-
veor enim tali amico orbatus, qualis, ut arbi-
tror, nemo umquam erit; et, ut confirmare
possum, nemo certe fuit. Sed non egeo medi-
cina: me ipse consolor, et maxime illo solatio,
quod eo errore careo, quo amicorum decessu
plerique angi solent. Nihil enim mali accidisse
Scipioni puto: mihi accidit, si quid accidit. Suis
autem incommodis graviter angi, non amicum,
sed seipsum amantis est. Cum illo vero quis
neget actum esse præclare? Nisi enim, quod
ille minime putabat, immortalitatem optare vel-
let, quid non est adeptus, quod homini fas es-
set optare? qui summam spem civium, quam
de eo jam puero habuerant, continuo adolescens
incredibili virtute superavit: qui Consulatum
petiit numquam, factus est Consul bis; primum

Si Scipionis: Se io negassi di essere stato commosso dalla morte di Scipione. - *Non amicum*: Non è un portare affetto all' amico, ma a se stesso. Chi potrà quindi negare che a lui sieno andate bene le cose? - *Quod ille*: Cui

Apollo: Qui Apollo si prende per il suo Oracolo.

Immortalitatem: In questo caso pare che debba intendersi per *non esser mortale*.

Summam spem: Uno de' motivi, dice Polibio, per cui il popolo romano avea fondate le sue speranze nel figlio di Catone si è, che essendo per lo più i costumi de' giovani di que' tempi assai depravati, il figlio di Catone distinguevasi mirabilmente da quelli per l' onestà della vita.

ante tempus, iterum sibi suo tempore, Reipub. pæne sero: qui duabus urbibus eversis inimicissimis huic imperio, non modo præsentia, verum etiam futura bella delevit. Quid dicam de moribus facillimis? de pietate in matrem? liberalitate in sorores? bonitate in suos? justitia in omnes? Hæc nota sunt vobis. Quam autem civitati carus fuerit, mœrore funeris indicatum est. Quid igitur hunc paucorum annorum accessio juvare potuisset? Senectus enim, quamvis non sit gravis (ut memini Catonem anno ante, quam mortuus est, mecum et cum Scipione disserere) tamen aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio. Quamobrem vita quidem talis fuit vel fortuna, vel gloria, ut nihil posset accedere. Moriendi autem sensum celeritas

non osava alcun poco aspirare. – *Quid dicam*: Che dirò mai del suo tratto dolce ed affabile? – *Quid igitur*: Ben pochi più anni di vita a che avrebber mai potuto giovargli? – *Moriendi*: Inoltre la repentina sua morte ne lo

Ante tempus: P. Cornelio Scipione, che oltre alle doti dell' animo avea ereditato dagli avi un sommo valore, diè del medesimo alla patria luminose riprove e quando portossi in Africa Tribuno de' soldati, e quando andò ambasciatore in Spagna. Condotta poi a fine la terza guerra Punica, concorrendo all'Edilità gli fu conferito il Consolato, sebbene non avesse l' età dalle leggi voluta per conseguirlo: ed ecco come spiegasi quell'*ante tempus*, cioè prima dell'età di quarantadue anni.

Pæne sero: P. Cornelio Scipione sedò il popolo, che era in sommossa per la morte de'Gracchi. Che se prima fosse stato fatto Console, forse avrebbe potuto impedire quelle sì fatali conseguenze, che da questi ebber luogo: ed ecco come viene ad intendersi quel *pæne sero*.

Duabus urbibus: Cioè Cartagine, e Numanzia.

Bonitate: Pare che qui voglia alludere alla sorprendente benevolenza, esercitata da P. Cornelio Scipione verso le figlie di Scipione Africano, una delle quali si sposò a T. Gracco, l'altra a Scipione Nasica.

Quid igitur: P. Scipione morì circa l' anno cinquantesimo dell' età sua sotto il Consolato di C. Sempronio Tutidano.

abstulit : quo de genere mortis difficile dictu
est ; quid homines suspicentur, videtis. Hoc
tamen vere licet dicere, P. Scipioni ex multis
diebus, quos in vita celeberrimos lætissimosque
viderit, illum diem clarissimum fuisse, cum,
Senatu dimisso, domum reductus ad vesperam
est a Patribus Conscriptis, a populi Romani
Sociis, et Latinis, pridie quam excessit e vita :
ut ex tam alto dignitatis gradu ad Superos videatur
potius, quam ad inferos pervenisse.
Neque enim assentior iis, qui hæc nuper disserere
cœperunt, cum corporibus simul animas
interire, atque omnia morte deleri. Plus apud 4
me antiquorum auctoritas valet, vel nostrorum
majorum, qui mortuis tam religiosa jura tribuerunt ;
quod non fecissent profecto, si nihil

liberò dal dolore. – *Senatu* : Sciolto il Senato. – *Pridie* : Il giorno prima della sua morte.

Qui mortuis : Che hanno accordato agli estinti sì religiosi diritti. – *Si nihil* : Se persuasi che nulla più era

Quo de genere : Livio racconta che eccitate alcune sedizioni dai Tribuni della plebe, P. Scipione Africano tentò loro resistere, ed in vero ottenne per il momento l' intento desiderato : ma il giorno seguente a questo suo trionfo fu trovato morto in sua casa, e si ebbe fondamento di credere che fosse stato avvelenato da Sempronia sua moglie ; e tanto più fu accreditata in allora quest' opinione, in quanto che Sempronia era sorella de' Gracchi, contro i quali già da gran tempo Africano nutriva degli odii segreti.

Nuper disserere : Sul cominciare del settimo secolo dall' origine di Roma ed appunto dopo la fondazione di Cartagine, i Romani dimentichi di quella semplicità di costumi, e fortezza d' animo, che gli avea ormai resi come i signori dell' universo, cominciarono a darsi senza ritegno in braccio al lusso ed alla mollezza ; e non fa meraviglia se in questo stato di cose dessero luogo fra loro alla detestabile opinione, che tutto ha fine al terminar della vita.

ad eos pertinere arbitrarentur : vel eorum, qui in hac terra fuerunt, magnamque Græciam (quæ nunc quidem deleta est, tum florebat) institutis et præceptis suis erudierunt : vel ejus, qui Apollinis oraculo sapientissimus est judicatus ; qui non tum hoc, tum illud, ut in plerisque, sed idem dicebat semper, animos hominum esse divinos, iisque, cum e corpore excessissent, reditum ad Cælum patere, optimo et justissimo cuique expeditissimum : quod item Scipioni videbatur ; qui quidem quasi præsagiret, perpaucis ante mortem diebus, cum et Philus et Manilius adessent, et alii plures, tuque etiam, Scævola, mecum venisses, triduum disseruit de Repub. cujus disputationis fuit extremum fere de immortalitate animorum ; quæ se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat. Id si

loro per appartenere. – *Cujus disputationis* : Il fine della qual disputa quasi tutto s' aggirò sull' immortalità dell'anima ; le quali cose diceva averle udite in sogno da Afri-

Vel eorum : Intende di Pittagora e de' suoi seguaci, che si ricovrarono in quella parte d' Italia chiamata Esperia o Magna Grecia, perchè appunto i Greci furono i primi ad abitarla. Pittagora diffuse quivi i suoi lumi e le ammirabili sue dottrine, il cui spirito non ad altro tendeva che a render l' uomo seguace della virtù.

In hac terra : Sembra che intenda parlar qui dell' Italia in generale, oppure di Roma, dove alcuni Pittagorici potevano essere andati ad insegnarvi le filosofiche discipline.

Et Philus : È questi quel Filo, che fu Console insieme con L. Attilio Serano.

Manilius : Manilio fu un insigne giureconsulto, di cui fa menzione Pomponio nel suo trattato *de Originibus Juris*. Inoltre fu Console con L. Censorino.

Ex Africano : Questo è il sogno di Scipione, frammento dell'aureo trattato sulla Rep. ritrovato in parte, non ha molto, con sommo vantaggio delle lettere, come altrove vedemmo, dalle cure del valentissimo Mai.

ita est, ut optimi cujusque animus in morte facillime evolet, tamquam e custodia vinculisque corporis, cui censemus cursum ad Deos faciliorem fuisse, quam Scipioni? Quocirca mœrere hoc ejus eventu, vereor ne invidi magis, quam amici sit. Sin autem illa veriora, ut idem interitus sit animorum et corporum, nec ullus sensus maneat; ut nihil boni est in morte, sic certe nihil est mali. Sensu enim amisso, fit idem, quasi natus non esset omnino; quem tamen esse natum et nos gaudemus, et hæc civitas, dum erit, lætabitur. Quamobrem cum illo quidem, ut supra dixi, actum optime est, me-

cano. – *Sin*: Se poi è vera la massima che col corpo venga a mancare anche l' anima, e che dopo morte non resti alcun sentimento. – *Quamobrem*: Laonde per parte di lui, come dissi più sopra, andò benissimo la faccenda, per parte mia poi con non poca molestia; poichè siccome prima (di Scipione) io era nato, così ragion vo-

Et nos gaudemus: Avvertano i giovani alla differenza, che passa tra *gaudere* e *lætari*. Il primo indica una gioia interna e moderata, l' altro una gioia, che mostrasi ed anche sensibilmente al di fuori. E Cicerone stesso altrove ci dice, che sonovi delle occasioni, in cui *gaudere licet, lætari non decet*, cioè che possiamo gioire, ma non mostrare la nostra gioia. Non cesserò mai dal persuadere ai giovani di rilevar collo studio la vera natura di que' termini, appellati impropriamente sinonimi, e dare a ciascuno d'essi quel valore che gli compete. Questo è ciò che specialmente richiedesi, onde formarsi il vero gusto per le lingue, e giunger così al grado di perfettamente possederle. Per agevolar poi in parte le difficoltà che un tale studio a primo aspetto presenta, si procurino i giovani un qualche trattato su i sinonimi latini, e specialmente quelli del Sig. *Gardin Dumesnil*; come per i sinonimi italiani possono ben giovarsi di quelle poche, ma dottissime carte del ch. Grassi, per tacere di tanti altri, che in questo genere di studi hanno fatto gran paragone di sè, come il Sismondi, il Romani, il Tommaseo.

cum autem incommodius; quem fuerat æquius,
ut prius introieram, sic prius exire de vita.
Sed tamen recordatione nostræ amicitiæ sic
fruor, ut beate vixisse videar, quia cum Scipio-
ne vixerim: quocum mihi conjuncta cura de re
publica, et de privata fuit; quocum domus
fuit et militia communis; et id in quo est o-
mnis vis amicitiæ, voluntatum, studiorum, sen-
tentiarum summa consensio. Itaque non tam
ista me sapientiæ, quam modo Fannius com-
memoravit, fama delectat, falsa præsertim; quam
quod amicitiæ nostræ memoriam spero sempi-
ternam fore: idque mihi eo magis est cordi,
quod ex omnibus sæculis vix tria, aut quatuor
nominantur paria amicorum; quo in genere
sperare videor Scipionis amicitiam et Lælii no-
tam posteritati fore. FANNIUS. Istuc quidem,
Læli, ita necesse est. Sed quoniam Amicitiæ
mentionem fecisti, et sumus otiosi, pergratum
mihi feceris, spero item Scævolæ, si, quemad-
modum soles de ceteris rebus, cum ex te quæ-
runtur, sic de Amicitia disputaris, quid sentias,
qualem existimes, quæ præcepta des. SCAEV.
Mihi vero erit gratum; atque idipsum cum te-
cum agere conarer, Fannius antevertit: quam-
obrem utrique nostrum gratum admodum fece-
5 ris. LAEL. Ego vero non gravarer, si mihi ipse
confiderem. Nam et præclara visa res est, et

lea che prima morissi. – *Quocum*: Col quale ebbi comuni i pubblici ed i privati interessi. – *Voluntatum*: Fummo in perfetto accordo di voleri, di studi, di sentimenti. – *Paria*: Coppie d' amici. – *Atque*: E mentre io tentava di fargli la medesima inchiesta, Fannio mi prevenne.

Ego vero: Questo assunto non sarebbe per me grave,

sumus, ut dixit Fannius, otiosi. Sed quis ego sum? aut quæ in me est facultas? Doctorum est ista consuetudo, eaque Græcorum, ut iis ponatur, de quo disputent, quamvis subito. Magnum opus est, egetque exercitatione non parva. Quamobrem quæ disputari de Amicitia possunt, ab eis censeo petatis, qui ista profitentur. Ego vos hortari tantum possum, ut Amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. Nihil est enim tam naturæ aptum, tam conveniens ad res vel secundas, vel adversas. Sed hoc primum sentio, nisi in bonis Amicitiam esse non posse. Neque id ad vivum reseco, ut illi, qui hæc subtilius disserunt, fortasse vere, sed ad communem utilitatem parum. Negant enim, quemquam virum bonum esse, nisi sapientem. Sit ita sane: sed eam sapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus. Nos autem ea, quæ sunt in usu vitaque communi, non ea, quæ finguntur, aut optantur, spectare debemus. Numquam ego di-

qualora potessi delle mie forze ripromettermi. – *Aut quæ*: O qual perizia in me ritrovasi? – *Doctorum*: È costume de' filosofi greci di parlare anche all' improvviso d' un proposto argomento: impegno rilevante, e che presuppone un non mediocre esercizio. – *Neque*: Nè io porto la cosa agli estremi, come quelli che disputano con troppa sotti-

Eaque Græcorum: Può vedersi nel Lib. II, c. 1, de Finib., d'onde siffatto costume trasse l' origine « *Primus est ausus Leontinus Gorgias in conventu poscere quæstionem* ».

Ad vivum: Proverbio preso da quelli, che radono i peli e le unghie fino alla viva carne, e pare contrapposto all' altro portato di sopra, e che dice *agimus pingui minerva*.

cam, C. Fabricium, M. Curium, T. Coruncanium, quos sapientes nostri Majores judicabant, ad istorum normam fuisse sapientes. Quare sibi habeant sapientiæ nomen et invidiosum, et obscurum; concedantque, ut hi boni viri fuerint. Ne id quidem facient: negabunt, id, nisi sapienti, posse concedi. Agamus igitur pingui Minerva, ut ajunt. Qui ita se gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas; nec sit in eis ulla cupiditas, vel libido, vel audacia; sintque magna constantia, ut ii fuerunt, quos modo nominavi; hos viros bonos, ut habiti sunt, sic etiam appellandos esse putemus; quia sequantur, quantum homines possunt, naturam optimam recte vivendi ducem. Sic enim perspicere mihi videor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quædam; major autem, ut quisque proxime accederet. Itaque cives potiores, quam peregrini; et propinqui, quam alieni: cum his enim amicitiam natura ipsa peperit; sed ea non satis habet firmitatis. Namque hoc præstat Amicitia propinquitati, quod ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex Amicitia autem non pot-

gliezza su questa materia. - *Agamus:* Trattiamo dunque, come suol dirsi, con grossolani argomenti. - *Major:* Maggiore poi quanto più stretti ne sono gli speciali rapporti. - *Quam peregrini:* Che gli stranieri. - *Hoc præstat:* In

C. Fabricium: Altrove abbiamo parlato di C. Fabrizio; e qui poco interessa il far parola di Man. Curio, e di T. Coruncanio.

Ex propinquitate: Che la benevolenza s'eserciti più coll'amico che col parente, vari esempi potremmo addurne. Ci basterà peraltro il sapere la benevolenza somma, che avea Cicerone per Attico a preferenza pur anche di Quinto suo fratello; come si ha da Cornelio, che riportando quest'esempio nella vita d'Attico, così s'esprime « Fin da quando io era condiscepolo viveva con lui (con Attico) in somma unione,

est. Sublata enim benevolentia, Amicitiæ nomen tollitur, propinquitatis manet. Quanta autem vis Amicitiæ sit, ex hoc intelligi maxime potest, quod ex infinita societate generis humani, quam conciliavit ipsa natura, ita contracta res est, et adducta in angustum, ut omnis caritas aut inter duos, aut inter paucos jungeretur. Est autem Amicitia nihil aliud, nisi 6
omnium divinarum humanarumque rerum cum

questo l' amicizia è all' affinità superiore. – *Ita contracta*: Son così stretti e sì angusti i confini.

Nisi omnium: Se non un perfetto accordo delle divine ed umane cose insieme còlla benevolenza e l' amore. –

ed avevo col medesimo molta maggior familiarità, che con Quinto ». Dal che si può giudicare, che nell'amicizia l' analogia di carattere e di costumi ha una forza molto superiore dell' istessa affinità.

Inter duos: Gli esempi di vera amicizia, che ci lasciarono gli antichi, furono da due soli amici mai sempre formati. Come Teseo e Piritoo, Achille e Patroclo, Oreste e Pilade, Damone e Pitia, Pelopida ed Epaminonda. Aveva ragione Montaigne allorchè disse « Egli è un gran miracolo l'esser duplicati, non ne conoscono la difficoltà quelli che parlano di triplicarsi ».

Si a caritate: Se aliena fosse dall' affezione del volgo. – *Tumque*: Ed allora ci si rende giocondo, perchè si parte dall' amico, specialmente se è prodotto dalla sua natural propensione per noi. – *Tantumque*: E tanto è lungi che si coltivino le amicizie colla mira di qualche vantaggio. – *Ubi enim*: Poichè come avrebbero avuto luogo i miei servigi, se mai Scipione non avesse abbisognato del mio consiglio?

tutta pura. Ogni benchè lieve vapore l' appanna. Il proprio interesse ne fa obliare i più sacri doveri, che ci legano colla società. Quindi l'ambizione e la turpitudine non possono conciliarsi coll'amicizia. L'ambizioso vuol soperchiare tutti gli altri in autorità, in gloria: l' amico al contrario debbe godere, vedendo onorato l' amico. Cesare amò Pompeo, e per render più stabili i legami d' una mentita amicizia, gli diede la figlia in isposa: ma quando lo vide opporsi alle ambiziose sue mire, investigò tutte le strade di perderlo. Ecco un' amicizia bugiarda, smascherata dall' ambizione.

utilitatem Amicitia, sed utilitas Amicitiam con-
15 secuta est. Non ergo erunt homines deliciis diffluentes audiendi, si quando de Amicitia, quam nec usu, nec ratione habent cognitam, disputabunt. Nam quis est, pro Deum fidem atque hominum, qui velit, ut neque diligat quemquam, nec ipse ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia vivere? Hæc enim est tyrannorum vita; in qua nimirum nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benevolentiæ potest esse fiducia: omnia semper suspecta, atque solicita; nullus locus Amicitiæ. Quis enim aut eum diligat, quem metuit? aut eum, a quo se metui putat? Coluntur tamen simulatione dumtaxat ad tempus: quod si forte, ut fit plerumque, ceciderint; tum intelligitur, quam fuerint inopes amicorum. Quod Tarquinium dixisse ferunt, tum cum exul esset, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quosque infidos; cum jam neutris gratiam

Nec usu: Nè per teorica, nè per pratica conoscono. – *Circumfluere*: Rigurgitare nei beni della vita, e nell' abbondanza di tutti gli agi! – *Omnia*: Dove tutto è sospetto, tutto è pieno d' ambasce. – *Coluntur*: Ciò nonostante solo pel momento con finta amicizia coltivansi; che se a caso, come assai volte succede, decadono dal loro stato primiero. – *Quam fuerint*: Quanto scarsi sieno stati

Tarquinium: Tarquinio il Superbo, uomo ambizioso e crudele, si fece strada all' impero spargendo il sangue del suocero. In tempo del suo governo mostrossi sempre intollerante e dispotico, per cui non potè che inimicarsi il popolo, il quale prese occasione di sbalzarlo dal trono, ed espellerlo di Roma, dall' infame attentato che Sesto di lui figlio osò contro la moglie di Collatino.

referre posset. Quamquam miror, in illa superbia et importunitate si quemquam habere potuit. Atque ut hujus, quem dixi, mores veros amicos parare non potuere; sic multorum opes præpotentium excludunt Amicitias fideles. Non enim solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est: itaque illi efferuntur fastidio fere et contumacia: neque quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potes. Atque hoc quidem videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus; imperio, potestate, prosperis rebus immutari, spernique ab iis veteres Amicitias, indulgeri novis. Quid autem stultius, quam, cum

d' amici. – *Quamquam*: Sebbene mi maraviglio come quel superbo ed inumano potè averne pur uno. – *Quos complexa*: Che tiene fra le sue braccia. – *Itaque*: Pertanto dessi inorgogliscono, menando gran fasto di sè. Nè può darsi cosa più insoffribile di uno stolto, favorito dalla fortuna. – *Atque hoc*: E questo pure s' osservi, che colui che fu di trattabili costumi, se cresca o di posto e d' autorità, o di fortuna, disprezza le vecchie amicizie, e ne

Neque quicquam: Non vi ha di certo cosa peggioro d'un uomo ignorante favorito dalla fortuna. Questi quasi ebrio de'beni e de'piaceri della vita, in essi senza modo s' immerge, e mentre il saggio per lo meno con occhio d' indifferenza riguardali, esso vi trova mai sempre gli oggetti delle migliori sue compiacenze. Pieno d' alterezza e di fasto per questi doni precarii, che non ha mai meritato, sprezza qualunque cultura, ignaro di quali sodi e perenni vantaggi sia dessa capace; e tutto pieno di buon concetto, ne ributta lungi chi osasso mai avvicinarlo. Egli esigo i compri omaggi de' domestici, e di chi incautamente lasciasi imporre dal falso bagliore d' una ridente fortuna. Indulgente con sè, severo oltremodo cogli altri, incapace di un buon sentimento, si rende ridicolo col rendersi quanto può mai dirsi orgoglioso.

plurimum copiis, facultatibus, opibus possint, cetera parare, quæ parantur pecunia, equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa; amicos non parare, optimam et pulcherrimam vitæ, ut ita dicam, supellectilem? Etenim cetera cum parant, cui parent nesciunt, nec cujus caussa laborent. Ejus enim est istorum quidque, qui vincit viribus; amicitiarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio: ut, etiamsi illa maneant, quæ sunt quasi dona fortunæ; tamen vita inculta et deserta ab amicis non
16 possit esse jucunda. Sed hæc hactenus. Constituendi autem sunt, qui sint in Amicitia fines et quasi termini diligendi: de quibus tres video sententias ferri, quarum nullam probo; unam, ut eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos; alteram, ut nostra in amicos benevolentia illorum erga nos benevolentiæ pariter æqualiterque respondeat: tertiam, ut, quanti quisque se ipse facit, tanti fiat ab amicis. Harum trium sententiarum nulli prorsus assentior: nec enim illa prima vera est, ut quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. Quam multa enim, quæ nostra caussa numquam faceremus, facimus caussa amicorum! precari aliquid ab indigno, supplicare; tum acerbius in aliquem invehi, insectarique vehe-

contrae delle nuove. – *Ejus enim*: Imperocchè tutte queste cose divengono preda del più forte.

Tres video: Su i quali trovo esser tre le opinioni. – *Erga amicum*: Che ci diportiamo verso l' amico. – *Harum*: Io non posso accordarmi con alcuno di questi tre sentimenti. – *Acerbius*: Lanciarsi con aspri detti contro alcuno e rampognarlo con veemenza. Le quali cose non

mentius : quæ in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime. Multæ quoque res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt, detrahique patiuntur, ut iis amici potius, quam ipsi fruantur. Altera sententia est, quæ definit Amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. Hoc quidem est nimis exigue et exiliter ad calculos vocare Amicitiam, ut par sit ratio acceptorum, et datorum. Ditior mihi et affluentior videtur esse vera Amicitia ; nec observare restricte, ne plus reddat, quam acceperit. Neque enim verendum est, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in Amicitiam congeratur. Tertius vero ille finis deterrimus, ut, quanti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. Sæpe enim in quibusdam aut animus abjectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est : sed potius eniti et efficere, ut amici ja-

le reputeremmo oneste, se le facessimo in pro nostro ; le reputiamo onestissime, perchè fatte in vantaggio degli amici. – *De suis* : Molto scapitano nei loro vantaggi. – *Hoc quidem* : Questo mi sembra un chiamare a troppo minuti calcoli l' amicizia, osservando se quel che si è ricevuto sta in proporzione di quel che si è dato. – *Nec observare* : Nè che debba scrupolosamente osservare di non rendere più di quello, che ricevè. – *Neque enim* : Nè deve temersi che qualche buono uffizio venga nell' amicizia o non considerato o negletto, o più di quello che

Ut amici jacentem animum : Ben disse l' Alfieri, che non si può mai veramente conoscere il pregio e l' utilità d' un amico verace quanto nel dolore. Quando siam lieti mille oggetti ne allettano ; ma quando

centem animum excitet, inducatque in spem cogitationemque meliorem. Alius igitur finis veræ Amicitiæ constituendus est, si prius, quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, edixero. Negabat, ullam vocem inimiciorem Amicitiæ potuisse reperiri, quam ejus, qui dixisset, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus. Nec vero se adduci posse, ut hoc, quemadmodum putaretur, a Biante dictum esse crederet, qui sapiens habitus esset unus e septem: sed impuri cujusdam et ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam revocantis, esse sententiam. Quonam enim modo quisquam amicus esse poterit, cui se putabit inimicum esse posse? Quin etiam necesse erit cupere et optare, ut quam sæpissime peccet amicus; quo plures det sibi tamquam ansas ad reprehendendum. Rursum autem

dessa il compòrti praticato. - *Animum*: A sollevare l' animo costernato dell' amico, ed a speranza ed a pensieri migliori il persuada. - *Nec vero*: Nè poteva persuadersi, come tenevasi opinione, esser ciò stato detto da Biante. - *Sed impuri*: Ma piuttosto essere un sentimento d' un dissoluto, o d' un ambizioso, o di qualche dispotico. - *Quo plures*: Perchè gli somministri maggiori occasioni a riprenderlo. - *Rursum*: D' altronde poi sarà forza che

qualche afflizione ci opprime, tutta la natura ci sembra cospirare a renderci miseri. Allora ricorriamo all' amico, nel suo seno versiamo le nostre ambasce: egli con noi divide i mali, e ci apporta maraviglioso sollievo.

A Biante: Biante, celebre filosofo ed uno de' sette Savi della Grecia. In tempo dell' assedio di Priene sua patria, venendogli domandato perchè egli solo non portasse via cosa veruna dalla città: perchè ho tutto meco, rispose il Filosofo; volendo intender con ciò, che la sapienza e la virtù non van soggette alle vicende della vita. Dicesi che spirasse mentre perorava la causa di un fedele suo amico.

recte factis commodisque amicorum necesse erit angi, dolere, invidere. Quare hoc quidem præceptum, cujuscumque est, ad tollendam Amicitiam valet. Illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in Amicitiis comparandis, ut nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. Quin etiam si minus felices in deligendo fuissemus, ferendum id Scipio potius, quam inimicitiarum tempus cogitandum putabat. His igitur finibus 17
utendum arbitror, ut, cum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, et voluntatum, sine ulla exceptione, communitas: ut etiam si qua fortuna acciderit, ut minus justæ amicorum voluntates adjuvandæ sint, in quibus eorum aut caput agatur, aut fama, declinandum sit de via, modo ne summa turpitudo sequatur. Est enim quatenus Amicitiæ dari venia possit. Nec vero negligenda est fama: nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium;

per le oneste azioni, e per l' utile degli amici ei porti afflizione, dispiacere, invidia. – *Ad tollendam*: È capace a distruggere l' amicizia. – *Quin etiam*: Che anzi se fummo poco fortunati nella scelta degli amici.

Ut etiam: Che se per caso accadrà che i desideri degli amici sieno poco giusti per doverli appagare; nei quali o la vita o la fama ne sia compromessa, fa mestieri allontanarsi dalle leggi d' amicizia, per non partecipare all' infamia. – *Nec mediocre*: Nè deve stimarsi lieve mezzo per il buon esito de' nostri affari la benevolenza de' cittadini: la qual benevolenza è disdicevol cosa il procurarsi con lusinghiero ed artefatto linguaggio. –

quam blanditiis et assentationibus colligere turpe est: virtus, quam sequitur caritas, minime repudianda est. Sed sæpe (redeo enim ad Scipionem, cujus omnis sermo erat de Amicitia) querebatur, quod in omnibus rebus homines diligentiores essent; ut capras et oves quot quisque haberet, dicere posset; amicos quot haberet, non posset dicere: et in illis quidem parandis curam adhibere, in amicis eligendis negligentes esse: nec habere quasi signa quædam, et notas, quibus eos, qui ad Amicitiam essent idonei, judicarent. Sunt igitur firmi, et stabiles, et constantes eligendi, cujus generis est magna penuria: et judicare difficile est sane, nisi expertum. Experiendum autem est in ipsa Amicitia: ita præcurrit Amicitia judicium, tollitque experiendi potestatem. Est igitur pru-

Nec habere: Nè avere certi segni e caratteristiche per giudicar di coloro, che atti fossero a formare amicizie. – *Igitur*: Pertanto il tenere a freno, come un cocchio

Est igitur prudentis: È da uomo saggio e prudente il non stringere amicizie se non previo quell' esame e quel retto discernimento, che in tal caso richiedonsi. Ove peraltro, praticati tali mezzi, si strinsero i legami d' amicizia, debbon rendersi, per quanto è in noi, indissolubili. Ciò che si vide praticato costantemente da Augusto, il quale, come ci dice Svetonio, *amicitias neque facile admisit, et constantissime retinuit.* Zeusi, interrogato perchè tanto tempo impiegasse in dipingere: son tardo, rispose, perchè le mie pitture sieno tarde a perire. Il medesimo debbesi da noi praticare nell' elezione degli amici, non dimenticando la massima, che se s' estende a molti la nostra stima, a pochi il nostro affetto, a pochissimi ristringesi la nostra vera amicizia. Le piante le più vivaci non son quelle che crescono più presto. La vera amicizia, secondo l' ordinario andamento delle cose, non è ferma e durevole, se non quando si è lentamente formata. A colpo d' occhio, alle prime parole può ben conoscersi, se l' uomo è vivace o pigro, se gaio o serio,

dentis sustinere, ut currum, sic impetum benevolentiæ: quo utamur, quasi equis tentatis, sic aliqua parte probatis moribus amicorum. Quidam sæpe in parva pecunia perspiciuntur, quam sint leves: quidam autem, quos parva movere non potuit, cognoscuntur in magna. Si vero erunt aliqui reperti, qui pecuniam præferre Amicitiæ, sordidum existiment; ubi eos inveniemus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes Amicitiæ non anteponant? ut, cum ex altera parte proposita hæc sint, ex altera vis Amicitiæ, non multo illa malint? Imbecilla enim humana natura est ad contemnendam potentiam: quam etiam si neglecta Amicitia consecuti sunt, excusatum iri se arbitrantur, quia non sine magna caussa sit neglecta. Itaque veræ Amicitiæ difficillime reperiuntur in iis, qui in honoribus reque publica versantur. Ubi enim istum invenias, qui honorem amici anteponat suo? Quid? hæc ut omittam, quam graves, quam difficiles plerisque videntur calamitatum societa-

dell' amicizia. - *Quidam sæpe*: Alcuni spesso mostrano quanto sieno incostanti in cosa di poco momento. - *Imbecilla*: Poichè l' umana natura non ha tanta forza da mettere come in non cale il potere. - *Quam graves*: Quanto gravi, quanto difficili non sembrano a molti le amicizie di persone disgraziate? alle quali il ritrovar chi

se grossolano o civile, se loquace o taciturno, spiritoso o stupido. Tuttociò quasi rilevasi dai suoi occhi, dall' attitudine, dai gesti, dai discorsi, ma non conoscesi peraltro la sua indole, la sua probità. È a noi necessario maggior tempo per assicurarci di quest' ultimo punto, e finchè non ne siamo perfettamente sicuri, non dobbiamo, fondati solo su di equivoche fallaci apparenze, prodigalizzare il prezioso titolo d'amico.

tes? ad quas, non est facile inventus, qui descendat. Quare Ennius recte:

Amicus certus in re incerta cernitur.

Tamen hæc duo levitatis et infirmitatis plerosque convincunt; aut si in bonis rebus con-
18 temnunt, aut si in malis deserunt. Qui igitur
utraque in re gravem, constantem, stabilem se

s'abbassi è malagevole impresa. Perciò Ennio saggiamente s' espresse:

Prova l' avversa sorte il vero amico.

– *Aut si in bonis*: O il disprezzare l' amico nei fortunevoli casi, o negli avversi abbandonarlo a se stesso.

Qui igitur: Colui pertanto, che fermo e stabile si mostrerà nell' amicizia sì nella prospera che nell' avversa fortuna, giudicar lo dobbiamo cosa assai rara fra gli uo-

Ennius: Altrove abbiam parlato d'Ennio.

Gli antichi s'eran formati la vera e perfetta idea dell' amicizia, che stimavano non potersi agevolmente ritrovare. Noi certamente non siamo com' essi, dice il celebre Segur; non solo noi abbiamo degli amici in abbondanza, e ne troviamo dappertutto, ma non abbiamo titolo più prodigalizzato e più prostituito di quello d' amico: esso è perfino usato in senso di familiarità o di disprezzo. *Amico*, si dice a un postiglione, *io ti do tre lire, se in un' ora tu mi conduci a Versailles. Amico*, dice chiunque ad un monello, *se fate del susurro, anderete al corpo di guardia. Amico*, dice il giudice ad un ladro, *voi siete assoluto per questa volta per mancanza di prove, ma se continuate sarete impiccato*.... Quanti danno il titolo d' amico ai compagni delle loro dissolutezze, ai complici de' loro intrighi, ai rivali della loro ambizione; e quelli stessi, che non fanno un uso così basso di questa espressione, a qual segno snaturano il loro vero significato!... Un giorno al palazzo reale il Cav. de C... avea vinto al giuoco mille cinquecento luigi, e gli aveva nel suo cappello; uno gli s' avvicina e gli dice: *mio caro amico, in grazia, prestatemi cento luigi. Volentieri*, risponde il Cav., *purchè voi mi diciate il mio nome*. L' altro non sapendo che rispondere, rimane ammutolito; *Voi vedete bene*, soggiunge il Cavaliere, *che sareste troppo intrigato, per trovar la maniera di restituirmi la somma, se ve la prestassi.*

in Amicitia præstiterit, hunc ex maxime raro hominum genere judicare debemus, et pæne divino. Firmamentum autem stabilitatis constantiæque ejus, quam in Amicitia quærimus, fides est. Nihil enim stabile est, quod infidum. Simplicem præterea, et communem, et consentientem, qui rebus iisdem moveatur, eligi par est: quæ omnia pertinent ad fidelitatem. Neque enim fidum potest esse multiplex ingenium et tortuosum: neque vero, qui non iisdem rebus movetur, et natura consentit, fidus, aut stabilis potest esse. Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat illatis: quæ omnia pertinent ad eam, quam jamdudum tracto, constantiam. Ita fit verum illud, quod initio dixi, Amicitiam nisi inter bonos, esse non posse. Est enim boni viri, quem eumdem sapientem licet dicere, hæc duo tenere in Amicitia: primum, ne quid fictum sit, neve simulatum; aperte enim vel odisse, magis ingenuum est, quam fronte occultare sententiam: deinde, non solum ab aliquo oblatas criminationes depellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse violatum. Accedat huc suavitas quædam oportet sermonum atque morum, haudquaquam mediocre condimentum Amicitiæ. Tristitia autem, et in omni re seve-

mini e poco men che divina. - *Simplicem*: Scegliere in oltre conviene un amico sincero, alla mano, arrendevole, e che sia mosso dagli stessi principii. - *Aperte enim*: Poichè è da uomo più schietto perfin l' odiare apertamente, che coprire con finta apparenza i rei sentimenti dell' animo. - *Semper*: Avvisando sempre d'essere dall'a-

ritas, habet illa quidem gravitatem : sed Amicitia remissior esse debet, et liberior, et dulcior, et ad omnem comitatem facilitatemque
19 proclivior. Existit autem hoc loco quædam quæstio subdifficilis : num quando amici novi, digni Amicitia, veteribus sint anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere solemus. Indigna homine dubitatio. Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates. Veterrimæ quæque, ut ea vina quæ vetustatem ferunt, esse debent suavissimæ : verumque illud est, quod vulgo dicitur; multos modios salis simul edendos esse, ut Amicitiæ munus expletum sit. Novitates autem, si spem afferunt, ut tamquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ, vetustas tamen suo loco conservanda est. Maxima est enim vis vetustatis et consuetudinis. Atque in ipso equo, cujus modo mentionem feci, si nulla res impediat, nemo est, qui non eo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato et novo. Nec modo in hoc, quod est animal, sed in iis etiam, quæ sunt inanimata, consuetudo valet : cum locis etiam ipsis montosis delectemur, et silvestribus, in quibus diutius commorati sumus. Sed maximum est in Amicitia, superiorem parem esse inferiori. Sæpe

mico per qualche parte oltraggiato. – *Et ad omnem* : Ed a qualsiasi affabilità e piacevolezza inclinato.

Non enim : Poichè nell' amicizia non debbe darsi sazietà come nelle altre cose. – *Ut amicitiæ* : Perchè possa dirsi d'avere perfettamente compiuti i doveri dell' amicizia. – *Novitates* : Le nuove amicizie poi. – *Qui non eo* : Che non si serva più volentieri di quello, al quale è as-

enim excellentiæ quædam sunt, qualis erat Scipionis in nostro, ut ita dicam, grege. Numquam se ille Philo, numquam Rupilio, numquam Mummio anteposuit, numquam inferioris ordinis amicis. Q. vero Maximum fratrem, egregium virum, omnino sibi nequaquam parem, quod is anteibat ætate, tamquam superiorem colebat; suosque omnes per se esse ampliores volebat. Quod faciendum imitandumque est omnibus: ut, si quam præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ consecuti sunt, impertiant eam suis, communicentque cum proximis: ut, si parentibus nati sunt humilibus, si propinquos habent imbecilliores vel animo, vel fortuna; eorum augeant opes, eisque honori sint et dignitati: ut in fabulis, qui aliquamdiu propter ignorationem stirpis et generis in famulatu fuerint; cum cogniti sunt, et aut Deorum, aut Regum filii inventi, retinent tamen caritatem in pastores, quos patres suos multos annos esse duxerunt. Quod quidem est multo profecto magis in veris patribus certisque faciendum. Fructus enim in-

suefatto. – *Suosque* : E voleva, per quanto era in lui, che sempre più lustro acquistassero coloro che gli appartene-

Philo : Sembra che occupassero il grado d' amici di prim' ordine tra quelli, che contava Scipione, Filo, Rupilio e Mummio. E ciò posto sarà inutil cosa il ricercare le qualità di questi soggetti, sapendo che Scipione non se gli sarebbe affezionati, se non avesse riscontrato prima in essi quelle prerogative che formano l' uomo da bene, ed il carattere del vero amico.

Q. vero Maximum : Questi pure era figlio di Paolo Emilio, ma fu adottato da Q. Fabio Massimo, dal quale pare che prendesse anche il nome.

Duxerunt : Come fece Romolo presso i Romani, Egisto ed altri presso i Greci.

genii et virtutis omnisque præstantiæ tum ma-
ximus capitur, cum in proximum quemque con-
20 fertur. Ut igitur ii, qui sunt in Amicitiæ con-
junctionisque necessitudine superiores, exæquare
se cum inferioribus debent; sic inferiores non
dolere, se a suis amicis aut ingenio, aut fortu-
na, aut dignitate superari. Quorum plerique
aut queruntur semper aliquid, aut etiam expro-
brant; eoque magis, si habere se putant, quod
officiose, aut amice, et cum labore aliquo suo
factum queant dicere. Odiosum sane genus ho-
minum officia exprobrantium: quæ meminisse
debet is, in quem collata sunt, non commemo-
rare, qui contulit. Quamobrem ut ii, qui supe-
riores sunt, submittere se debent in Amicitia;
sic quodam modo inferiores extollere. Sunt
enim quidam, qui molestas Amicitias faciunt,
cum ipsi se contemni putant: quod non fere
contingit, nisi iis, qui etiam contemnendos se
arbitrantur; qui hac opinione non modo verbis,

vano. – *Omnisque* : E di qualunque distintivo. – *Cum in proximum* : Quando compartonsi a chi maggiormente appartienci.

Qui sunt : Che sono superiori nei legami dell' amicizia e della intrinsechezza. – *Aut etiam* : O ben anche i benefizi rinfacciano. – *Odiosum* : Infame di certo e detestabile è la razza di certuni, che rinfacciano i benefizi che compartirono, dei quali deve solo tener memoria quegli che gli ricevè, non già chi gli conferì. – *Qui hac* : Dal qual principio bisogna distoglierli e colle parole e coi fatti. –

Quæ meminisse : Qui l' autore sembra volere alludere a quel famosissimo greco proverbio « Se ricevi un benefizio guardati dall' obliarlo, se lo conferisci mettilo in dimenticanza ».

sed etiam opere levandi sunt. Tantum autem cuique tribuendum est primum, quantum ipse efficere possis; deinde etiam quantum ille, quem diligas atque adjuves, possit sustinere. Non enim tu possis, quantumvis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere: ut Scipio P. Rutilium potuit Consulem efficere, fratrem ejus Lucium non potuit. Quod si etiam possis quidvis deferre ad alterum, vivendum est tamen, quid ille possit sustinere. Omnino Amicitiæ, corroboratis jam confirmatisque et ingeniis et ætatibus, judicandæ sunt. Nec, si qui ineunte ætate, venandi, aut pilæ studiosi fuerint, eos

Quantumvis: Sebbene sublime sia il posto in cui ti trovi, non puoi per questo promuovere alle cariche le più cospicue indistintamente qualunque de' tuoi amici. – *Quidvis*: Recare qualsivoglia lustro all'amico, fa di mestieri considerare ciò di cui egli è capace. Debbon poi giudicarsi per vere amicizie quelle che son rese stabili e sicure da un

Scipio: Scipione avea una somma intrinsechezza con Rutilio, di cui conosciuta l' idoneità, non dubitò d' appianargli la strada al Consolato, mentre niuno impegno si diede per impiegar Lucio, fratello di Rutilio, ben conoscendo che di qualunque incombenza incaricato l' avesse, sarebbe stata sempre maggiore delle di lui forze. Vuolsi da alcuni, che con quel *fratrem* debba intendersi il fratello di Scipione, e non quello di Rutilio; ma in questo caso sembra che Cicerone avrebbe dovuto dire *suum*, e non *ejus*. Farebbe poi bisogno che fosse praticato in tutto il suo vigore l' esempio che qui ci ha dato Scipione; quanti disordini non s'ovvierebbero, che succeder si vedono a danno della intiera società. Vedete quel signore officioso, che dicesi fare un sì nobile impiego del suo favore: ha egli reso un rilevante servigio a quel tale, rivestendolo d' un posto brillante, del quale la sua insufficenza l'ha fatto poco dopo spogiare? Volendolo servire a carico del suo principe e della patria, non altro ha fatto che sacrificar l' amicizia.

habere necessarios oportet, quos tum eodem studio præditos dilexerunt. Isto enim modo nutrices et pædagogi jure vetustatis plurimum benevolentiæ postulabunt: qui negligendi quidem non sunt, sed alio quodam modo colendi. Aliter enim Amicitiæ stabiles permanere non possunt. Dispares enim mores disparia studia sequuntur: quorum dissimilitudo dissociat Amicitias. Nec ob aliam caussam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt; nisi quod tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia. Recte etiam præcipi potest in Amicitiis, ne intemperata quædam benevolentia (quod persæpe fit) impediat magnas utilitates amicorum. Nec enim, ut ad fabulas redeam, Trojam Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrymis iter suum impedientem audire voluisset. Et sæpe incidunt magnæ res, ut discedendum sit ab amicis: quas qui impedire vult, quod desiderium non facile ferat,

maturo discernimento e dall' età. - *Eodem studio*: Perchè inclinati agli stessi esercizi. - *Sed alio*: Ma debbono amarsi in un modo alquanto diverso. - *Dispares*: Perocchè variando i costumi, varian pur anche le inclinazioni. - *Et sæpe*: E spesso si danno de' forti motivi di dover si staccare dall' amico. - *Quod desiderium*: Perchè non può facilmente soffrirne la lontananza.

Sed alio: Tutti quelli enumerati dal nostro autore, hanno diritto, non vi ha dubbio, alla nostra benevolenza. Gli amici peraltro in un modo assai più speciale e distinto.

Trojam: Son troppo note le avventure di questa disgraziata città, per doverle qui pure ripetere.

Neoptolemus: Neottolemo figlio d' Achille e di Deidamia, figlia di Licomede Re dell' isola di Sciro.

is et infirmus est mollisque natura, et ob eam ipsam caussam in Amicitia parum justus. Atque in omni re considerandum est, et quid postules ab amico, et quid patiare a te impetrari.
Est etiam quasi quædam calamitas in Amicitiis 21
dimittendis nonnumquam necessaria. Jam enim a sapientum familiaritatibus ad vulgares Amicitias oratio nostra delabitur. Erumpunt sæpe vitia amicorum tum in ipsos amicos, tum in alienos; quorum tamen ad amicos redundet infamia. Tales igitur Amicitiæ sunt remissione usus eluendæ; et, ut Catonem dicere audivi, dissuendæ magis, quam discindendæ: nisi quædam admodum intolerabilis injuria exarserit; ut neque rectum, neque honestum sit, neque fieri possit, ut non statim alienatio disjunctioque facienda sit. Sin autem morum, aut studiorum commutatio quædam, ut fieri solet, facta erit, aut in Reipub. partibus dissensio intercesserit (loquor enim, ut paullo ante dixi, non de sapientum, sed de communibus Amicitiis) caven-

Oratio: Passeremo adesso a parlare. - *Erumpunt*: Spesso i vizi degli amici non solo vanno a ferire gli stessi amici, ma ancora quelli che non lo sono, de' quali però ad ogni modo l'infamia su gli stessi amici ridonda. - *Remissione*: Fa di mestieri discioglierle col diradarne la pratica. - *Dissuendæ*: Debbono piuttosto scucirsi che strapparsi. - *Neque*: Nè si possa fare a meno di non alienarsi l'animo dell' amico, e discioglierne l' amicizia. - *Sin autem*: Se poi sarà seguita qualche mutazione di costumi e d' incli-

Erumpunt: È molto ben naturale, che se uno qualche mala azione commette anche contro chi per nessun titolo gli appartiene, offende in tal guisa, sebbene in un modo indiretto, la reputazione dell' amico.

dum erit, ne non solum amicitiæ depositæ, sed inimicitiæ etiam susceptæ videantur. Nihil enim turpius, quam cum eo bellum gerere, quicum familiariter vixeris. Ab Amicitia Q. Pompeji meo nomine se removerat, ut scitis, Scipio; propter dissensionem autem, quæ erat in Rep. alienatus est a collega nostro Metello: utrumque egit graviter, auctoritate et offensione animi non acerba. Quamobrem primum danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant: sin tale aliquid evenerit, ut extinctæ potius Amicitiæ, quam oppressæ videantur. Cavendum vero est, ne etiam in graves inimicitias convertant se A-

nazioni. – *Utrumque*: E nell' un caso e nell' altro si diportò con maturità di consiglio, con dignità, ed in un modo

Bellum gerere: Guardatevi dall' odiare un perfido amico. Toglietegli la vostra amicizia; ecco tutta la vendetta, che v' è permessa di prendere. Continuare a viver con lui in istato d'amico sarebbe un'imprudenza, ma l' odiarlo sarebbe un delitto. Egli non cessa d' esser uomo per avervi offeso, e non havvi uomo che vi sia permesso d' odiare. Se la morte ve l' avesse rapito un' ora avanti il suo tradimento, voi avreste deplorata la sua perdita. Una bassezza ve lo toglie, compiangetelo, perchè l' abbia commessa, ma non l'odiate. Egli ha fatto un torto più a se stesso che a voi; per nuocere ai vostri interessi egli sacrificava il suo onore.

Q. Pompeji: Altrove parlammo di Q. Pompeo e di Metello. Scipione s' alienò dal primo, di cui vivea intimo amico, perchè avendogli promesso che si sarebbe dato ogni studio per fare innalzar Lelio al Consolato, al contrario si adoprò d' ogni maniera per conseguirlo egli stesso, come di fatto segnì.

A collega nostro: Q. Cecilio Macedonico era capital nemico di Q. Pompeo Rufo, dimodochè sentendo che questi dovea succedergli nel governo di Spagna, quando appunto v' era tutto il fondamento di veder condotta a prospero fine una guerra, che s' avea allora per mano; Cecilio tentò tutti i mezzi, onde rovinarla, per togliere in siffatta guisa a Pompeo il merito d' averla prosperamente compita.

micitiæ; e quibus jurgia, maledicta, contumeliæ gignuntur: quæ tamen si tolerabilia erunt, ferenda sunt; et hic honos veteri Amicitiæ tribuendus est, ut is in culpa sit, qui faciat, non qui patiatur injuriam. Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio est, atque una provisio, ut ne nimis cito diligere incipiamus, neve indignos. Digni autem sunt Amicitia, quibus in ipsis inest caussa, cur diligantur. Rarum genus: et quidem omnia præclara rara; nec quicquam difficilius, quam reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. Sed plerique neque in rebus humanis quicquam bonum norunt, nisi quod fructuosum sit; et amicos, tamquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. Itaque pulcherrima illa, et maxime naturali carent Amicitia, per se et propter se expetenda: nec sibi ipsi exemplo sunt, hæc vis Amicitiæ qualis, et quanta sit. Ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam a

non punto offensivo. – *Et hic*: E questo in riguardo dell'antica amicizia. – *Quibus*: Che del nostro affetto son degni.

Maximum fructum: Sembra che in Roma ai tempi di Cicerone vi fosse qualche discrepanza sul fissare il fine dell' amicizia; mentre alcuni ne tenevano la vera idea, altri poi immaginavansi che potesse nascere dalla veduta de' propri vantaggi. Ma Tullio seppe in più luoghi smentire questa falsa opinione, tanto all' amicizia ingiuriosa, massime nel suo trattato *de natura Deorum*, ove dice: *Quam* (cioè l'amicizia) *si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus, non erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum suarum. Prata, et arva et pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex eis capiuntur. Hominum charitas et amicitia gratuita est.*

Nec sibi: Coloro, che tengono una falsa idea sull' amicizia, non possono in conto alcuno conoscere i pregi che in essa racchiudonsi.

seipso mercedem exigat caritatis suæ; sed quod per se sibi quisque carus est: quod nisi idem in Amicitiam transferatur, verus amicus numquam reperietur. Est enim is quidem, qui est tamquam alter idem. Quod si hoc apparet in bestiis, volucribus, agrestibus, nantibus, cicuribus, feris, primum ut se ipsæ diligant; id enim pariter cum omni animante nascitur: deinde ut requirant atque appetant, ad quas se applicent, ejusdem generis animantes; idque faciunt cum desiderio, et cum quadam similitudine amoris humani: quanto id magis in homine fit natura, qui et se ipse diligit, et alterum anquirit, cujus animum ita cum suo commisceat,
22 ut efficiat pæne unum ex duobus? Sed plerique perverse, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt; quæque ipsi non tribuunt amicis, hæc ab his desiderant. Par est autem, primum ipsum esse virum bonum; tum alterum similem sui quærere. In talibus ea, quam jamdudum tractamus, stabilitas Amicitiæ confirmari potest; cum homines benevolentia conjuncti, primum cupiditatibus iis, quibus ceteri serviunt, imperabunt; deinde æquitate justitiaque gaudebunt, omniaque alter pro altero suscipiet; neque quidquam umquam nisi honestum et rectum alter ab altero postulabit; neque solum colent se inter se ac diligent, sed etiam verebuntur. Nam

Sed plerique: Molti peraltro hanno idee sì stravolte e vituperevoli. – *Verebuntur*: Ma si rispetteranno pur anche. –

Verebuntur: S' intende quel tratto di riserbo e di modestia, che praticasi cogli amici, e che nasce dalla stima che ci conciliano le loro lodevoli azioni.

maximum ornamentum Amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam. Itaque in iis perniciosus est error, qui existimant, libidinum peccatorumque omnium patere in Amicitia licentiam. Virtutum enim Amicitia adjutrix a natura data est, non vitiorum comes; ut, quoniam solitaria non posset virtus ad ea, quæ summa sunt, pervenire; conjuncta et sociata cum altera perveniret. Quæ si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est, eorum est habendus ad summum naturæ bonum optimus beatissimusque comitatus. Hæc est, inquam, societas, in qua omnia insunt, quæ putant homines expetenda, honestas, gloria, tranquillitas animi, atque jucunditas: ut, cum hæc adsint, beata vita sit, et sine his esse non possit. Quod cum optimum maximumque sit, si id volumus adipisci, virtuti opera danda est; sine qua neque Amicitiam, neque ullam rem expetendam consequi possumus: ea vero neglecta, qui se amicos habere arbitrantur, tum se denique errasse sentiunt, cum eos gravis aliquis casus experiri cogit. Quocirca (dicendum est enim sæpius) cum judicaveris, diligere oportet; non, cum dilexeris, judicare. Sed cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis et deligendis, et colendis. Præposteris enim utimur

Libidinum: Che nell' amicizia tutto sia permesso, anche gli eccessi della più sfrenata impudenza. – *Eorum est*: La quale ottima e felice unione debbe reputarsi come il sommo bene della natura. – *In qua*: Nella quale tutti quanti i vantaggi, che l' uomo può mai desiderare, ritrovansi. – *Præposteris*: Ci serviamo fuor di tempo del consiglio, facendo dopo quello, che dovea farsi avanti, e

consiliis, et acta agimus, quod vetamur veteri proverbio. Nam implicati ultro et citro, vel usu diuturno, vel etiam officiis, repente in medio cursu Amicitias, exorta aliqua offensione, di-
23 rumpimus. Quo etiam magis vituperanda est rei maxime necessariæ tanta incuria. Una est enim Amicitia in rebus humanis, de cujus utilitate omnes uno ore consentiunt. Namque a multis ipsa virtus contemnitur, et venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur: multi divitias despiciunt, quos parvo contentos tenuis victus cultusque delectat: honores vero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius esse, nihil levius existiment: itemque cetera, quæ quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt qui pro nihilo putent. De Amicitia omnes ad unum idem sentiunt, et ii qui ad Rempub. se contulerunt; et ii qui rerum cognitione doctrinaque delectantur; et ii qui suum negotium gerunt otiose; postremo ii qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine Amicitia vitam esse nullam sentiunt; si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere. Serpit enim, nescio quomodo, per omnium vitam Amicitia; nec ullam ætatis degendæ ra-

questo non cel consente un antico dettato. – *Nam implicati*: Perocchè interessati con eccessivo trasporto in qualche amicizia o in forza d' una lunga consuetudine o di scambievoli uffizi, ad un tratto in sul più bello, nata qualche scissura, tronchiamo i legami della medesima.

Rei maxime: Tanto poca accuratezza in affare di sommo rilievo. – *Et ii*: E coloro che liberi dalle pubbliche incombenze, solo hanno cura dei lor privati interessi. – *Nec ullam*: Nè soffre che passi alcuna età, senza che ne

tionem patitur esse expertem sui. Quin etiam si quis ea asperitate est et immanitate naturæ, ut congressus et societatem hominum fugiat atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus: tamen is pati non possit, ut non anquirat aliquem, apud quem evomat virus acerbitatis suæ. Atque hoc maxime judicaretur, si quid tale posset contingere, ut aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret, et in solitudine uspiam collocaret; atque ibi suppeditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam et copiam, hominis omnino aspiciendi potestatem eriperet. Quis tam esset ferreus, qui eam vitam ferre posset, cuique non auferret fructum voluptatum omnium solitudo? Verum igitur illud est, quod a Tarentino Archyta, ut opinor, dici solitum, nostros senes commemorare audivi, ab aliis senibus auditum: si quis cælum ascendisset, naturamque mundi, et pulchritudinem siderum perspexisset, insuavem illam admirationem ei fore;

gusti i benefici effetti. – *Atque hoc*: E di ciò ne giudicheremmo adequatamente. – *Hominis omnino*: Ci negasse di poter neppur vedere alcuna persona.

Timonem: Il nostro autore, per provare che esiste in noi un principio d' amicizia, porta l'esempio d'un certo Timone Ateniese, il quale sebbene abborrisse il consorzio degli uomini, e si mostrasse del tutto misantropo ed antisociale, pure non poteva a meno di non aver qualcuno, col quale sfogar la sua rabbia. Narransi d' esso alcuni aneddoti, che mostrano quanto fosse stravagante e bizzarro. Laerzio, Plutarco e Clemente Alessandrino fanno di esso menzione.

Archyta: Archita, illustre astronomo, pareva che non provasse alcun piacere nelle sue scoperte, se non avea persone a cui comunicarle: altro argomento, onde provare la necessità dell' amicizia, e che esiste in noi un principio, che a quella continuamente ci porta.

quæ jucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret, habuisset. Sic natura solitarium nihil amat; semperque ad aliquod tamquam adminiculum annititur, quod in amicissimo quoque
24 dulcissimum est. Sed cum tot signis eadem natura declaret, quid velit, quid quærat, quid desideret, obsurdescimus tamen nescio quomodo, nec ea quæ ab ea monemur, audimus. Est enim varius et multiplex usus Amicitiæ; multæque caussæ suspicionum offensionumque dantur: quas tum evitare, tum elevare, tum ferre sapientis est. Una illa subeunda offensio est, ut et veritas in Amicitia, et fides retineatur. Nam et monendi amici sæpe sunt, et objurgandi; et hæc accipienda amice, cum benevole fiunt. Sed, nescio quomodo, verum est, quod in Andria familiaris meus dixit:

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Molesta veritas est, siquidem ex ea nascitur odium, quod est venenum Amicitiæ: sed obsequium multo molestius; quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit. Maxima

Una illa: Questa è l' offesa che tollerar dobbiamo, che ha per oggetto di conservar la verità e la buona fede nell' amicizia. – *Obsequium*:

« L'ossequio acquista amici, odio schiettezza. »

– *Præcipitem*: Soffre che l' amico vada in rovina.

Andria: L' Andria è una delle commedie di Terenzio.

Familiaris: Non a torto Lelio chiama Terenzio suo familiare, giacchè sappiamo quanto grande fosse l' intrinsechezza che Terenzio aveva con Lelio e Scipione, dimodochè per molto tempo a questi due furono attribuite le commedie del primo; e quello che maggiormente ci sorprende si è che Terenzio ben lungi di smentir questa opinione voglia anzi confermarla, nel toccar che fa questo punto nella sua commedia gli *Adelfi*.

autem culpa in eo est, qui et veritatem aspernatur, et in fraudem obsequio impellitur. Omnis igitur hac in re habenda ratio et diligentia est, primum ut monitio acerbitate, deinde ut objurgatio contumelia careat. In obsequio autem (quoniam Terentiano verbo libenter utimur) comitas adsit; assentatio vitiorum adjutrix procul amoveatur, quæ non modo amico, sed ne liberò quidem digna est. Aliter enim cum tyranno, aliter cum amico vivitur. Cujus autem aures clausæ veritati sunt, ut ab amico verum audire nequeat, hujus salus desperanda est. Scitum est enim illud Catonis, ut multa, melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: illos verum sæpe dicere, hos numquam. Atque illud absurdum est, quod ii, qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt; eam capiunt, qua debent carere. Peccasse enim se non anguntur, objurgari moleste ferunt: quod contra oportebat, delicto dolere, objurgatione gaudere. Ut igitur 25
et monere et moneri proprium est veræ Amicitiæ; et alterum libere facere, non aspere; alterum patienter accipere, non repugnanter: sic habendum est, nullam in Amicitiis pestem esse majorem, quam adulationem, blanditiam, assentationem: quamvis enim multis nominibus est hoc vitium notandum, levium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. Cum autem omnium rerum simulatio est vitiosa; tollit enim judicium veri,

Quamvis: Perocchè sebbene sotto vari aspetti s' adombri, pure è vizio dell' uomo senza carattere ed ingannatore il parlar sempre secondo l' altrui genio. –

idque adulterat: tum amicitiæ repugnat maxime; delet enim veritatem, sine qua nomen amicitiæ valere non potest. Nam cum amicitiæ vis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus; qui fieri id poterit, si ne in uno quidem unus animus erit, idemque semper; sed varius, commutabilis, multiplex? Quid enim potest esse tam flexibile, tam devium, quam animus ejus, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur?

Negat quis? nego: ait? ajo. Postremo
imperavi egomet mihi,
Omnia assentari:

Ut ait idem: sed ille sub Gnathonis persona, quod amici genus adhibere omnino levitatis est. Multi autem Gnathonum similes cum sint, loco, fortuna, fama superiores; horum est assentatio molesta, cum ad vanitatem accessit auctoritas. Secerni autem blandus amicus a vero et internosci tam potest, adhibita diligentia, quam omnia fucata et simulata a sinceris atque veris. Concio, quæ ex imperitissimis constat, tamen judicare solet, quid intersit inter popularem, idest assentatorem et levem civem; et inter constantem, severum, et gravem. Quibus blan-

Idque: E lo altera. – *Quid*: Come potrà ciò accadere? – *Tam devium*: Tanto vario. – *Negat quis*: Alcuno nega: io pure nego: afferma, affermo: ormai mi son fatta una legge d'adulare in qualsiasi cosa. – *Concio*: Il parlamento comecchè composto di persone imperitissime. – *Quibus*: Con

Gnathonis: Gnatone personaggio messo da Terenzio in iscena nell' Eunuco. Il suo carattere è di perfetto adulatore, e con tal mezzo otteneva di soddisfare agli stimoli di una sfrenata edacità.

ditiis C. Papirius nuper influebat in aures concionis, cum ferret legem de Tribunis plebis reficiendis? Dissuasimus nos. Sed nihil de me: de Scipione dicam libentius. Quanta illi, Dii immortales, fuit gravitas, quanta in oratione majestas? ut facile ducem Pop. Rom. diceres: sed affuistis, et est in manibus oratio. Itaque lex popularis suffragiis populi repudiata est. Atque (ut ad me redeam) meministis, Q. Maximo fratre Scipionis, et L. Mancino consulibus, quam popularis lex de sacerdotiis C. Licinii Crassi videbatur: cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur. Atque is primum instituit in forum versus agere cum populo. Tamen illius vendibilem orationem religio Deorum immortalium, nobis defendentibus, facile vincebat. Atque id actum est, Prætore me,

quali allettamenti C. Papirio poco fa non lusingava le orecchie del parlamento, quando promulgò una legge sulla nuova creazione de' Tribuni? - *Instituit*: Introdusse il costume di star voltati verso il foro, quando s'aringava al popolo. - *Vendibilem*: Quel lusinghiero discorso. -

C. Papirius: Volendo un certo Papirio Peto portare non so quale innovazione sul Tribunato, Lelio e Scipione a tutta lor possa vi si opposero.

De Scipione: Sembra voler qui alludere a questo fatto di Scipione riportato da Livio, ove dice: *Cum Carbo Trib. plebis rogationem tulisset, ut eumdem Trib. plebis quoties vellet creari liceret, rogationem ejus P. Africanus gravissima oratione dissuasit.*

Q. Maximo: V. Lib. I, cap. 22.

C. Licinii: C. Licinio Crasso fece trasferire nel popolo il diritto di scegliere i sacerdoti, diritto per l'addietro goduto costantemente dai collegi de' sacerdoti medesimi.

Defendentibus: Quest' orazione di Lelio fu chiamata *de Collegiis*, e Tullio ne fa menzione nel Bruto.

quinquennio antequam consul sum factus. Itaque re magis, quam auctoritate, caussa illa de-
26 fensa est. Quod si in scena, idest in concione, in qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet, si modo id patefactum et illustratum est; quid in amicitia fieri oportet, quæ tota veritate perpenditur? In qua nisi, ut dicitur, apertum amici pectus videas, tuumque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas; ne amare quidem, aut amari; cum id, quam vere fiat, ignores. Quamquam ista assentatio, quamvis perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei, qui eam recipit, atque ea delectatur. Ita fit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas maxime, qui ipse sibi assentetur, et se maxime ipse delectet. Omnino est amans sui virtus: optime enim se ipsa novit, quamque amabilis sit, intelligit. Ego autem non de virtute nunc loquor, sed de virtutis opinione. Virtute enim ipsa non tam multi præditi esse, quam videri volunt. Hos delectat assentatio; his fictus ad eorum voluntatem sermo cum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant. Nulla est igitur hæc Amicitia, cum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est. Nec parasito-

Itaque: Pertanto quella causa fu piuttosto difesa dalla forza che dalle ragioni.

Quæ tota: Che tutta librasi sulla verità. – *Omnino est*: La virtù ama perfettamente se stessa. – *Quam videri*: Di quello che vogliano sembrare di esserlo. – *Fictus*: Quan-

Re magis: La legge, di cui più sopra parlammo, fu promossa da Licinio Crasso e sostenuta da uomini potentissimi; pure erano sì forti le ragioni che le si opposero, che non fu in conto alcuno accettata.

rum in comœdiis assentatio nobis faceta videretur, nisi essent milites gloriosi.

de hujus P. Scipionis, qui his paucis diebus Pontifex maximus factus est? Atqui eos omnes quos commemoravi, his studiis flagrantes senes vidimus. M. vero Cethegum, quem recte Suadæ medullam dixit Ennius, quanto studio exerceri in dicendo videbamus etiam senem? Quæ sunt igitur epularum, aut ludorum, aut scortorum voluptates cum his voluptatibus comparandæ? Atque hæc quidem studia sunt doctrinæ, quæ prudentibus et bene institutis pariter cum ætate crescunt: ut honestum illud Solonis sit, quod ait versiculo quodam, ut ante dixi, senescere se multa in dies addiscentem; qua voluptate
15 animi nulla certe potest esse major. Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector: quæ nec ulla impediuntur senectute, et mihi ad sapientis vitam proxime videntur accedere. Habent enim rationem cum terra, quæ numquam recusat imperium, nec

mia adolescenza. - *Senescere*: Che egli invecchiava, mentre ogni giorno più faceva di nuove cognizioni tesoro.

Et mihi: E sembrami che più d'appresso s'accostino alla vita del saggio. - *Habent*: Perocchè l'hanno da fare colla terra, che non mai alle imposte leggi ricusa. - *Quæ*: La quale tostochè nel suo ammollito ed arato grem-

P. Scipionis: Intende di P. Scipione Nasica, di cui si è fatta menzione nel Lib. I, cap. 21.

Cethegum: Questi acquistossi nell'Oratoria una non mediocre reputazione. Sebbene non consento a coloro che vorrebber confonderlo coll' altro Cetego, mostro di malvagità e di perfidia, che fattosi amico delle cose di Catilina, insieme con Lentulo e con gli altri fautori di quella memorabil congiura fu messo a morte da Cicerone nel tempo del suo Consolato.

Ennius: Vedi Ennio, Lib. I, cap. 8; e Solone, Lib. I, cap. 31.

umquam sine usura reddit, quod accepit, sed alias minore, plerumque majore cum fœnore. Quamquam me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terræ vis ac natura delectat: quæ cum gremio mollito ac subacto semen sparsum accepit, primum id occæcatum cohibet; ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est: deinde tepefactum vapore et compressu suo diffindit, et elicit herbescentem ex eo viriditatem; quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoque erecta geniculato, vaginis jam quasi pubescens includitur. E quibus cum emerserit, fundit frugem spici, ordine structam, et contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. Quid ego vitium satus, ortus, incrementa commemorem? Satiari delectatione non possum, ut meæ senectutis requietem, oblectamentumque noscatis. Omitto enim vim ipsam omnium, quæ ge-

bo lo sparso seme riceve. – *Primum*: Primamente il ritiene a fior di terra coperto, ciò che dall' istrumento che adoprasi, *erpicare* s' appella. – *Deinde*: Quindi intiepidito dalla sua umidità e compressione, lo fende e ne manda fuori un verde germoglio, che reggendosi sulle fibre del suo pedale va a poco a poco crescendo, e ritto sul fusto nodoso già quasi adulto nel suo cartoccio racchiudesi, da cui uscito, produce la spica in ordine disposta, e per difendersi dal morso de' piccoli uccelli, s' arma intorno d' acute reste. – *Quid*: Che starò io sul piantare, sul nascere, e sul crescere delle viti a far parola? – *Omitto*: Tralascio di parlare delle respettive qualità degli altri pro-

Occæcatum: Questo s' intende dello sminuzzamento delle zolle a fior di terra coperte; ciò che appellasi in nostra lingua *erpicare* dall' istrumento che a tale oggetto s' adopra.

nerantur e terra; quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex ceterarum frugum ac stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat: malleoli, plantæ, sarmenta, viviradices, propagines, nonne ea efficiunt, ut quemvis non sine admiratione delectent? Vitis quidem, quæ natura caduca est, et, nisi fulta sit, ad terram fertur; eadem, ut se erigat, claviculis suis, quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur: quam serpentem multiplici lapsu et erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne silvescat sarmentis, et in omnes partes nimia fundatur. Itaque ineunte vere in iis, quæ relicta sunt, existit tamquam ad articulos sarmentorum ea, quæ gemma dicitur; a qua oriens uva sese ostendit; quæ et succo terræ, et calore Solis augescens, primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit; vestitaque pampinis nec modico tepore caret, et nimios Solis defendit ardores. Qua quid potest esse cum fructu lætius, tum aspectu pulchrius? cujus quidem non utilitas me solum, ut ante dixi, sed etiam cultura, et ipsa natura delectat; adminiculorum ordines, capi-

dotti. – *Et, nisi*: E se non sostengasi cade a terra, e la stessa per alzarsi abbraccia co' suoi viticci, come con tante mani, tuttociò che trova; ed il colono potandola, le impedisce che si carichi troppo di sarmenti, e lussureggiante ovunque diffondasi, allorchè con moltiplici tortuosi giri serpeggia. – *Itaque*: Pertanto all'entrare della primavera, nei tralci, che furono lasciati, apparisce come alle giunture de' sarmenti quella che chiamasi gemma. – *Adminiculorum*: La disposizione de' pali, l' intralciamento

tum jugatio, religatio, propagatio vitium, sarmentorumque ea, quam dixi, aliorum amputatio, et aliorum immissio. Quid ego irrigationes; quid fossiones agri, repastinationesque proferam, quibus fit multo terra fœcundior? Quid de utilitate loquar stercorandi? dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi: de qua doctus Hesiodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri scriberet. At Homerus, qui multis, ut mihi videtur, ante sæculis fuit, Laertem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum, et eum stercorantem facit. Nec vero segetibus solum, et pratis, et vineis, et arbustis res rusticæ lætæ sunt, sed pomariis etiam, et hortis, tum pecudum pastu, apum examinibus, florum omnium varietate. Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones; quibus nihil invenit agricultura solertius. Possum persequi **16**

de' capi, la seconda legatura. – *Quid*: Che dirò io de' fossati? che dirò io delle nuove arature, per le quali la terra diviene assai più ferace? che dirò io de' vantaggi del concimare? – *Laertem*: Per mitigare in Laerte il desiderio del figlio, gli fa coltivare e concimar le campagne. – *Nec consitiones*: Nè tanto le piantagioni dilettano, quanto ancora gli innesti, di cui l' agricoltura niente ha peranche trovato di più ingegnoso.

Possum: Potrei più a lungo parlare de' piaceri che la

Jugatio: S' intende una vite raccomandata a due pali o pertiche congiunte con altra trasversale.

Fossiones: Qui par che voglia intendere gli scassi che si fanno nel porre le viti, e che propriamente diconsi *pastinazioni*.

Laertem: Laerte Re d' Itaca. Secondo Omero conquistò Nerito, città situata sulle coste orientali della Cefalenia. Forse dal figlio Ulisse ripete la sua maggior celebrità.

multa oblectamenta rerum rusticarum; sed ea ipsa, quæ dixi, sentio fuisse longiora. Ignoscetis autem, nam et studio rerum rusticarum provectus sum, et senectus est natura loquacior; ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. Ergo in hac vita M. Curius, cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphasset, consumpsit extremum tempus ætatis: cujus quidem villam ego contemplans (abest enim non longe a me) admirari satis non possum vel hominis ipsius continentiam, vel temporum disciplinam. Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum attulissent, repudiati ab eo sunt. Non enim aurum habere præclarum sibi videri dixit; sed iis, qui haberent aurum, imperare. Poterat ne tantus animus non jucundam efficere senectutem? Sed venio ad agricolas; ne a me ipso recedam. In agris erant tum senatores, idest senes. Siquidem aranti L. Quinctio Cincinnato

campagna produce. Ma ben mi avviso d'essere stato più del dovere prolisso. – *Ab omnibus*: E ciò dico, perchè non sembri volerla io rendere immune da qualunque difetto. – *Poterat ne*: Ed un' anima tanto sublime poteva

M. Curius: M. Curio, cittadino romano, che non tanto onorossi per le sue belliche imprese e per un invitto coraggio, che specialmente rivolse contro i Sanniti ed i Sabini, quanto ancora per essersi saputo temperare alla più stupenda moderazione, mentre gli si porse le tante volte occasione di vivere immerso nei comodi e nello splendore della più brillante fortuna.

De Samnitibus: I Sanniti ebbero origine da' Sabini, per cui furono chiamati anche Sabelli. La loro capitale era Sannio, ed i loro castelli *Benevento, Ariano, Avellino e Conza.*

De Sabinis: Abbiamo parlato de'Sabini e di Pirro nel Lib. I, c. 12.

Cincinnato: Q. Cincinnato, chiaro non meno per la sua somma astinenza che per le fatiche della guerra, era tutto intento alla coltura di

nuntiatum est, eum dictatorem esse factum: cujus dictatoris jussu magister equitum C. Servilius Ahala Sp. Mælium regnum appetentem, occupatum interemit. A villa in Senatum arcessebantur et Curius, et ceteri senes: ex quo, qui eos arcessebant, Viatores nominati sunt. Num igitur horum senectus miserabilis fuit, qui se agricultione oblectabant? Mea quidem sententia haud scio, an ulla beatior esse possit; neque solum officio, quod hominum generi universo cultura agrorum est salutaris; sed et delectatione, quam dixi, et saturitate copiaque

forse non passare una gioconda vecchiezza? - *A villa*: Dalla campagna venivan chiamati in Senato. - *Tum*: E l' uccellagione e la caccia, dilettevoli passatempi, rendono

un suo campicello, allorchè fu creato Dittatore, perchè infrenasse l' insolenza e l'ardire di Sp. Melio, il quale in on terribil frangente, in cui Roma per carestia veniva stretta da dura fame, si era prefisso colla distribuzione del frumento di cattivarsi la devozione del popolo; onde pervenire ad uo potere assoluto. Cineiooato accorse tosto ai bisogni della patria, e togliendo di mezzo in Melio uo periglioso eittadino, richiamò le cose della Rep. alla primiera tranquillità.

Magister equitum: Può intendersi generale di cavalleria, che veniva eletto dal Console, o dal Dittatore, e ehe aveva un'assoluta autorità sul corpo de' Cavalieri. Sarvilio, che mise a morte Sp. Melio, godeva allora di questa carica.

Curius: Aoche Curio Dentato per le soe qualità d' ogni maniera non meno di Cineinnato prestaotissimo, dai lavori della campagna fu chiamato ad accorrere ai bisogni della Rep.

Viatores: Erano questi i Messi de' Consoli, de' Pretori, e più specialmente de' Tribuni della plebe e degli Edili. Eraoo inearicati d' avvisare i Senatori od i Giudiei intorno al tempo ed al luogo, in cui doveano trattarsi i pubblici affari. Ora molti de' Romani dilettandosi di dimorare in campagna, eooveniva ai Messi colà portarsi per adempiere al loro uffizio, e così dalla strada che doveano percorrere furono chiamati *Viatores*.

omnium rerum, quæ ad victum hominum, et
cultum etiam Deorum pertinent: ut quoniam
hæc quidam desiderant, in gratiam jam cum vo-
luptate redeamus. Semper enim boni assiduique
domini referta cella vinaria, olearia, et penaria
est, villaque tota locuples est: abundat porco,
hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Jam
hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appel-
lant. Tum conditiora facit hæc supervacanei o-
peris aucupium atque venatio. Quid de prato-
rum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vi-
nearum olivetorumque specie dicam? Præci-
dam: agro bene culto nil potest esse nec usu
uberius, nec specie ornatius; ad quem fruen-
dum non modo non retardat, verum etiam in-
vitat atque allectat senectus. Ubi enim potest
illa ætas aut calescere vel apricatione melius,
vel igni? aut vicissim umbris, aquisve refrige-
rari salubrius? Sibi igitur habeant arma, sibi
equos, sibi hastas, sibi clavam, sibi pilam, sibi
natationes et cursus: nobis senibus ex lusioni-
bus multis talos relinquant et tesseras: idipsum
utrum lubebit; quoniam sine his beata esse se-
17 nectus potest. Multas ad res perutiles Xeno-
phontis libri sunt, quos legite, quæso, studio-

queste cose più grate. – *Præcidam*: Dirò con precise parole.

Et cultum: Intendonsi quivi le vittime che somministrava la campagna per i sacrifizi degli Dei.

Talos relinquant et tesseras: Eran questi giuochi di tavolino, nei quali nè agilità, nè vigoria richiedendosi, poteva la vecchiezza formarne il soggetto d' un innocente sollievo.

Xenophontis: Senofonte, da noi altre volte menzionato, nel suo libro l' *Economico* fa che Socrate rilevi a Critobulo la benigna piacevolezza usata da Ciro con Lisandro generale spartano.

se, ut facitis. Quam copiose ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur! Atque ut intelligatis, nihil ei tam regale videri, quam studium agri colendi, Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem, regem Persarum, præstantem ingenio atque imperii gloria, cum Lysander Lacedæmonius, vir summæ virtutis, venisset ad eum Sardis, eique dona a sociis attulisset, et ceteris in rebus comem erga Lysandrum atque humanum fuisse, et ei quemdam conseptum agrum diligenter consitum ostendisse. Cum autem admiraretur Lysander et proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines, et humum subactam atque puram, et suavitatem odorum, qui efflarentur e floribus, tum dixisse: mirari se non modo diligentiam,

Qui est: Che tratta del modo di conservar le sostanze, e s'appella l'Economico. – *Cyrum*: E gli fa dire che Ciro il giovane, sendosi portato a Sardi per visitarlo. – *Comem*: E che si mostrò con Lisandro in tutto gentile e cortese, e gli fece quindi osservare un appezzamento di terra ben siepato, e maestrevolmente a piantate fornito. – *Et directos*: E l'altezza degli alberi in quinto ordinati, e la terra bene arata e monda. – *Efflarentur*: Che dai fiori esalavano. –

Cyrum: Questi è quel Ciro, che avendo avuto da Dario suo padre la Satrapia, o governo generale dell'Asia Minore, avea fissata la sua residenza in Sardi, una delle città di quel regno, ove comandava subordinato al fratello.

Lysander: Vedi il primo libro degli Uffizi, cap. 21.

Quincuncem: Questa indicava una coltivazione d' alberi in siffatta guisa disposti, che da qualunque banda tu gli avessi rimirati, ti si presentavano nella forma del numero V romano, da cui poscia presero la denominazione, e che i Francesi chiamano *quinconce*.

sed etiam solertiam ejus, a quo essent illa dimensa atque descripta; et ei Cyrum respondisse: Atqui ego omnia ista sum dimensus; mei sunt ordines, mea descriptio; multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Tum Lysandrum intuentem ejus purpuram, et nitorem corporis, ornatumque Persicum multo auro multisque gemmis, dixisse: Recte vero te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna conjuncta est. Hac igitur fortuna frui licet senibus: nec ætas impedit, quo minus et ceterarum rerum, et in primis agri colendi studia teneamus usque ad ultimum tempus senectutis. M. quidem Valerium Corvum accepimus ad centesimum annum perduxisse, cum esset exacta jam ætate in agris, eosque coleret; cujus inter primum, et sextum Consulatum, sex et quadraginta anni interfuerunt. Itaque quantum spatium ætatis majores nostri ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit: atque ejus extrema ætas hoc beatior, quam media, quod auctoritatis plus habebat, laboris vero minus. Apex autem senectutis est auctoritas.

Et nitorem: E l' abbigliamento della persona. – *Apex*: Il massimo pregio peraltro della vecchiezza nell' autorità

Valerium Corvum: Valerio Corvo, illustre Romano, appartenente alla celebre famiglia Corvina, che ebbe origine da questo fatto, il quale non vi ha dubbio che non risenta molto del favoloso. Mentre un Romano combatteva animosamente contro un Gallo, un corvo colle ali e con gli artigli fu di tanto impedimento a quest' ultimo, che il Romano riportò un completo trionfo sul suo rivale.

Ad senectutis: L' anno sessantesimo si reputava dagli antichi il cominciamento della vecchiezza. Corvino arrivò fino all' anno centesimo, perciò può dirsi che impiegasse nella carriera degli onori più di 60 anni.

Quanta fuit in L. Cæcilio Metello? quanta in Atilio Calatino? in quem illud elogium: *uno ore plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum.* Notum est carmen incisum in sepulchro. Jure igitur gravis, cujus de laudibus omnium esset fama consentiens. Quem virum P. Crassum nuper Pontificem maximum; quem postea M. Lepidum eodem sacerdotio præditum vidimus? Quid de Paullo, aut Africano loquar? aut, ut jam ante, de Maximo? quorum non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat auctoritas. Habet senectus, honorata præsertim, tantam auctoritatem, ut ea pluris sit, quam omnes adolescentiæ voluptates. Sed in omni oratione mementote, eam me laudare senectu- **18**

vien riposto. – *In quem* : Al quale formarono questo solo elogio : « molte nazioni convengono esser egli stato tra i suoi cittadini il più illustre ». – *Quorum* : Questi erano autorevoli non meno per le loro sentenze, che per le loro decisioni.

In Atilio : Il meritarsi la stima generale degli uomini, come seguì a Metello ed a Calatino, è quel vero punto di gloria, alla quale l' uomo grande molte volte fa inutili sforzi per giungere, perchè quasi sempre esposto ai colpi del maligno livore.

P. Crassum : Questo P. Crasso fu Oratore e giurista ; e fra le altre cariche a cui pervenne, si fu quella di Pontefice Massimo.

M. Lepidum : Questi è quel famoso Lepido che formò il triunvirato con Cesare ed Antonio, col quale avea avute pur anche delle segrete intelligenze mostrando di favorire la causa della libertà. Occupò dopo la morte del primo il sommo Pontificato : proscrisse invece di Cicerone il suo proprio fratello, e mostrò in tutta la sua vita una incoerenza e debolezza di carattere che non ha pari.

Paullo : Vedi Paolo Emilio nel Lib. II, cap. 17 ; Africano, Lib. I, cap. 21 ; Massimo, Lib. I, cap. 31.

tem, quæ fundamentis adolescentiæ constituta sit. Ex quo id efficitur, quod ego magno quondam cum assensu omnium dixi; miseram esse senectutem, quæ se oratione defenderet. Non cani, non rugæ repente auctoritatem afferre possunt: sed honeste acta superior ætas fructus capit auctoritatis extremos. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur levia atque communia, salutari, appeti, decidi, assurgi, deduci, reduci, consuli: quæ et apud nos, et in aliis civitatibus, ut quæque optime morata, ita diligentissime observantur. Lysandrum Lacedæmonium, cujus modo mentionem feci, dicere ajunt solitum, Lacedæmone esse honestissimum domi-

Quæ : Che riposa su i fondamenti di una ben trascorsa giovinezza. – *Non cani* : Non la canizie, non le rughe posson renderti in un istante autorevole. - *Salutari* : L'esser salutato, l'esser bramato, l'esserci fatto luogo, l'alzarsi al nostro arrivo ; l' essere ora fuori di casa, ora a casa accompagnati, l' esser consultati, son queste al certo onorevoli dimostrazioni. – *Quæ* : I quali atti, ed appo noi, ed appo le altre città, quante più costumate esse sieno,

Lysandrum : Si è parlato di Lisandro nel Lib. I, cap. 21.

Lacedæmone : A diritta dell'Eurota poco lungi dalla sua sponda giace la città di Lacedemone, altrimenti denominata Sparta. Essa non era cinta di mura, e non avea per difesa che il valore de' suoi abitanti. Il portico, il tempio di Minerva, il Platanisto, e pochi altri monumenti privi di un apparente splendore formavano tutto il corredo della tanto celebrata Lacedemone. Ma questo non recherà maraviglia, ove si consideri la semplicità de' suoi costumi e lo spirito delle leggi del suo saggio Leggifattore. Sparta aveva de' monumenti assai più durevoli, onde grandemente onorandosi, chiara fama acquistossi sull' altre città della Grecia. Licurgo l' avea portata a quest' altezza con quelle sue tanto decantate istituzioni, che formarono e formeran sempre le meraviglie dei

cilium senectutis: nusquam enim tantum tribuitur ætati, nusquam est senectus honoratior. Quin etiam memoriæ proditum est, cum Athenis, ludis, quidam in theatrum grandis natu venisset, in magno consessu locum ei a suis civibus nusquam datum: cum autem ad Lacedæmonios accessisset, qui, legati cum essent, in loco certo consederant, consurrexisse omnes, et senem illum sessum recepisse. Quibus cum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex iis quemdam, Athenienses scire, quæ recta essent, sed facere nolle. Multa in nostro collegio præclara; sed hoc, de quo agimus, in primis, quod, ut quisque ætate antecessit, ita sententiæ principatum tenet: neque solum honore antecedentibus, sed iis etiam, qui cum imperio sunt, majores natu augures anteponuntur. Quæ sunt igitur voluptates corporis cum auctoritatis præmiis comparandæ? quibus qui splendide usi sunt, ii mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tamquam inexercitati histriones in extremo actu

trovansi con maggior diligenza praticati. – *Qui* : I quali, come ambasciatori, tenevano un posto distinto. – *Quibus* : E tutto quel consesso avendo fatto vari ripetuti applausi. – *Tamquam* : E sul finir della rappresentanza esser venuti

popoli, che infine null' altro proponevansi che un' anima libera, ed un corpo sano e robusto. Che se le leggi di Licurgo anzichè dal valore, dalla virtù avessero preso incominciamento, non vi sarebbe stato, per quanto avviso, codice di quello più perfetto ed ammirabile. Per questo si contano le celebri battaglie di Platea e di Leuttra, e per questo l'animosa resistenza da' trecento sotto la scorta di Leonida : per questo sorger vedemmo dal suo seno Callicratide, Gilippo, Lisandro, Pausania, Agesilao, e molti altri, di cui troppo lungo sarebbe il novero.

Athenis : Si è parlato d'Atene nel proemio del Lib. I.

Ludis : Sembra che questi sieno i giuochi panatenaici.

corruisse. At sunt morosi, et anxii, et iracundí, et difficiles senes: si quærimus, etiam avari. Sed hæc morum vitia sunt, non senectutis. Ac morositas tamen, et ea vitia, quæ dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem justæ, sed quæ probari posse videatur. Contemni se putant, despici, illudi; præterea in fragili corpore odiosa omnis offensio est: quæ tamen omnia dulciora fiunt et bonis moribus, et artibus: idque tum in vita, tum in scena intelligi potest ex iis fratribus, qui in Adelphis sunt. Quanta in altero duritas, in altero comitas. Sic se res habet. Ut enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit. Severitatem in senectute probo, sed eam, sicut alia, modicam; acerbitatem nullo modo. Avaritia vero senilis quid sibi velit, non intelligo: potest enim quicquam esse absurdius, quam quo minus viæ restat, eo plus viatici quærere?

19 Quarta restat caussa, quæ maxime angere, atque solicitam habere nostram ætatem videtur, Appropinquatio mortis; quæ certe a senectute

meno a guisa d' istrioni mal pratici. – *Sic non* : Così non qualunque età coll' invecchiare si guasta. – *Avaritia* : Qual fine poi s' abbia l' avarizia in vecchiaia, l' ignoro.

Quæ : Che grandemente rende inquieta e sollecita. –

Adelphis : Gli Adelfi, o fratelli, è una delle migliori commedie, che ci abbia lasciato Terenzio. In questa vedi nei due principali attori caratteri del tutto diversi. Troppo duro è quello di Demea, mentre pecca Micione per soverchia facilità.

Appropinquatio mortis : La cosa che è spaventosa nella vecchiezza, dice il dotto Francese da me altre volte ricordato, è la vicinanza della

non potest longe abesse. O miserum senem, qui mortem contemnendam esse in tam longa ætate non viderit, quæ aut plane negligenda est, si omnino extinguit animum; aut etiam appetenda,

morte. La morte! eh! non è essa la fine comune, la sorte universale? Non si muore forse a tutte l' età? Nelle altre stagioni della vita vi si cade violentemente come in un precipizio; dopo dodici o quindici lustri di vita vi si va per una dolce discesa. Pei giovani la morte è un furto che loro si fa, pei vecchi è un debito che essi pagano. Non vi ha oggetto, per ispaventevole che sia, il quale non possa rimirarsi senza timore, quando ci siamo familiarizzati con lui. Più ci occuperemo della morte, meno la temeremo; bisogna, come dice Montaigne, torle quanto essa ha di straordinario, e addomesticarsi seco a forza di pensarvi. Se la vita è un bene, la morte è il suo frutto; se la vita è un male, la morte è il suo termine... Più il nostro viaggio fu lungo, più la stanchezza è sensibile, e per vero dire ad una certa epoca la morte non è che un desiderabile riposo... La nostra anima, è vero, può concepire qualche timore del nuovo viaggio che ella debbe intraprendere in un altro mondo a lei incognito, ma tutto dipende per lei dai preparativi che ella ha fatti prima d' imbarcarsi. Se essa non porta seco per equipaggio che titoli vani, fallaci dignità e mendaci ricchezze, io convengo che morendo ella perde tutto, e che tali cose non son ricevute con noi sulla barca dell' inesorabil Caronte. Cicerone lo disse prima di me: l' uomo vizioso perde tutto perdendo la vita; l' uomo da bene sa che gli resta la sua virtù e la sua gloria, che non possono morire. L' albero piantato sopra una tomba da un amico, che l' inaffia colle sue lacrime, è forse più caro ai morti che un vano alloro. E chi non resterà sorpreso dalla saggezza di tali massime di Cicerone, che sembran dettate dal più caldo seguace della morale cristiana? Nel suo vero punto di vista l' idea della divinità ti s'appresenta: tu conosci la natura dell'uomo col fine di sua creazione. Ti si mostrano le regole del retto vivere, ed il modo di condurti nelle prime età della vita, per esser felice nell' ultima. In tutti questi principii non tanto facili a considerarsi nel loro vero punto di vista in quei tempi ahi! troppo funesti, in cui la luce della verità non avea per anche rischiarato le tenebre dell' umano intelletto, Cicerone ti parla, non vi ha dubbio, come il più perfetto ortodosso. Ma quando poi in fine di questo trattato ti parla dell'immortalità dell' anima e della vita futura, superando quasi se stesso lo credi ispirato dalla Divinità.

si aliquo eum deducit, ubi sit futurus æternus. Atqui tertium certe nihil inveniri potest. Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem, aut beatus etiam futurus sum? Quamquam quis est tam stultus, quamvis adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperum esse victurum? Quin etiam ætas illa multo plures, quam nostra, mortis casus habet. Facilius in morbos incidunt adolescentes, gravius ægrotant, tristius curantur. Itaque pauci veniunt ad senectutem: quod ni ita accideret, melius et prudentius viveretur. Mens enim, et ratio, et consilium in senibus est: qui si nulli fuissent, nullæ omnino civitates essent. Sed redeo ad mortem impendentem. Quod illud est crimen senectutis, cum illud videatis cum adolescentia esse commune? Sensi ego tum in optimo filio meo, tum in expectatis

Si: Se lo spirito vien del tutto a mancare. – *Si aliquo*: Se in luoghi il conduca, ove addivenga immortale. – *Atqui*: E tra questi due punti non potendo un terzo aver luogo, cosa temerò io mai, se non sarò infelice dopo morte, anzi piuttosto beato? – *Cui*: Che s'assicuri di poter giungere a sera? – *Gravius*: Le lor malattie corrono un rischio maggiore, e più moleste ed incomode ne son le cure. – *Quod*: Perchè imputar di ciò la vecchiezza, mentre l' adolescenza pur vi soggiace? – *Tum*: Riserbati

Quod ni: Qui sembra voler dimostrare che dal maggior numero di persone provette debba resultare un vantaggio ben più considerevole alle città ed ai governi, come frutto dell' esperienza e del senno; frutto che manca assai volte, perchè molti degli uomini non giungono all' ultima età.

Filio meo: È questi M. Catone Liciniano.

ad amplissimam dignitatem fratribus tuis, Scipio, omni ætati mortem esse communem. At sperat adolescens diu se victurum; quod sperare idem senex non potest. Insipienter sperat. Quid enim stultius, quam incerta pro certis habere, falsa pro veris? Senex ne quod speret quidem habet. At est eo meliore conditione, quam adolescens; cum id, quod ille sperat, hic jam consecutus est. Ille vult diu vivere; hic diu vixit. Quamquam, o Dii boni! quid est in hominis vita diu? Da enim supremum tempus: expectemus Tartessiorum regis ætatem. Fuit enim, ut scriptum video, Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum et viginti vixit. Sed mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur, in quo est aliquid extremum: cum enim id advenerit; tunc illud, quod præteriit, effluxit: tantum remanet, quod virtute et recte factis consecutus sis. Horæ quidem cedunt, et dies, et menses, et anni; nec præteritum tempus umquam revertitur; nec, quid sequatur, sciri potest. Quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet esse contentus. Neque enim histrioni, ut placeat, peragenda est fabula, modo in quocumque fuerit actu, probetur: nec sapienti usque ad *Plaudite* veniendum. Breve enim tem-

alle cariche le più ragguardevoli. - *Gadibus*: In Cadice. - *Neque enim*: Perocchè nè fa di mestieri che l' istrione per dilettare la rappresentanza conduca a fine. - *Nec*: Nè

Fratribus: Figli di P. Emilio, che mancarono in una età immatura alle più splendide speranze della Repubblica.

Tartessiorum: I Tartessioni ed i Gadi son popoli della Spagna.

Plaudite: La parola *plaudite* chiudeva la fine di qualunque rappresentanza.

pus ætatis satis est longum ad bene honesteque vivendum. Sin processeris longius, non magis dolendum est, quam agricolæ dolent, præterita verni temporis suavitate, æstatem, autumnumque venisse. Ver enim tamquam adolescentiam significat, ostenditque fructus futuros: reliqua tempora demetendis fructibus, et percipiendis accommodata sunt. Fructus autem senectutis est, ut sæpe dixi, ante partorum bonorum memoria et copia. Omnia vero, quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Quid est autem tam secundum naturam, quam senibus emori? quod idem contingit adolescentibus, adversante et repugnante natura. Itaque adolescentes mori sic mihi videntur, ut cum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: senes autem, sicut sua sponte, nulla adhibita vi, consumptus ignis extinguitur. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur; si matura et cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas. Quæ mihi quidem tam jucunda est, ut, quo propius ad mortem accedam, quasi terram videar videre; aliquandoque in portum ex longa navigatione esse venturus.
20 Omnium ætatum certus est terminus: senectutis autem nullus; recteque in ea vivitur, quoad munus officii exsequi et tueri possis, et tamen mortem contemnere. Ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quam adolescentia, et for-

che il saggio debba arrivar fino al *plaudite*. - *Sin* : Che se molto sarai negli anni avanzato. - *Reliqua* : Le altre stagioni s'impiegano e nel potare le piante e nel raccoglierne il frutto. - *Et cocta* : Ed appassite sen cadono.

Quoad : Finchè potrai eseguire e sostenere le incom-

tior. Hoc illud est, quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est: cum illi querenti, Qua tamdem spe fretus, sibi tam audacter obsisteret, respondisse dicitur, Senectute. Sed vivendi finis est optimus, cum integra mente ceterisque sensibus, opus ipsa suum eadem, quæ coagmentavit, natura dissolvit; ut navem, ut ædificium idem destruit facillime, qui construxit. Jam omnis conglutinatio recens, ægre; inveterata, facile divellitur. Ita fit, ut illud breve vitæ reliquum nec avide appetendum senibus, nec sine caussa deserendum sit: vetatque Pythagoras, injussu imperatoris, idest Dei, de præsidio et statione vitæ decedere. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lamentisque vacare. Vult, credo, se esse carum suis. Sed haud scio, an melius Ennius:

Nemo me lacrumeis decoret, nec funera fletu
Faxit: cur? volito vivu' per ora virum.

benze al tuo uffizio inerenti. – *Statione*: E dal posto assegnato. – *Nemo me*:

Niuno onori il mio fral col proprio pianto,
Chè famoso son già dal labbro altrui.

Pisistrato: Pisistrato, e colla forza della sua eloquenza, colle sue vedute ed autorità erasi procurato il favore degli Ateniesi qual mezzo sicuro per giungere al trono. Solone a tutta sua possa opponevasi alle mire di lui. Pisistrato avendogli addimandato in che consistesse il coraggio con cui opponevasi al suo inalzamento: « Nella mia vecchiezza, rispose Solone, superiore di certo a te ed a' tuoi soldati ».

Pythagoras: Vedi Pittagora nel Lib. cap. 31.

Solonis: Questo elogio che fassi di Solone, è da Tullio riportato nelle sue Tusculane, Lib. I, cap. 49.

Ennius: Vedi Ennio nel Lib. I, proem.

Non censet, lugendam esse mortem, quam immortalitas consequatur./ Jam sensus moriendi si aliquis esse potest, is ad exiguum tempus durat, præsertim seni: post mortem quidem sensus aut optandus, aut nullus est. Sed hoc meditatum ab adolescentia debet esse, mortem ut negligamus: sine qua meditatione tranquillo esse animo nemo potest. Moriendum enim certe est, et id incertum, an eo ipso die. Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, qui poterit animo consistere? De qua non ita longa disputatione opus esse videtur, cum recorder non solum L. Brutum, qui in liberanda patria est interfectus: non duos Decios, qui ad voluntariam mortem cursum equorum incitaverunt: non M. Atilium, qui ad supplicium est profectus, ut fidem hosti datam conservaret: non duos Scipiones, qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere voluerunt: non avum tuum L. Paullum, qui morte luit collegæ in Cannensi ignominia temeritatem: non M. Marcellum, cujus interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturæ carere passus est: sed legiones nostras (quod scripsi in Originibus) in eum sæpe locum pro-

Qui poterit: Come potrà mai viver tranquillo? – *Qui ad*: Che incaminossi al supplizio. – *Luit*: Volle espiare colla propria morte nella ignominiosa sconfitta di Canne la te-

L. Brutum: L. Bruto il primo Console di Roma, fu ucciso quando difendeva la patria dalla schiavitù di Tarquinio il Superbo.

Decios: Vedi i Deci, Lib. I, cap. 18; M. Attilio, Lib. I, cap. 12; I due Scipioni, Lib. I, cap. 18; Paolo Emilio, Lib. III, cap. 17.

In Cannensi: È nota la sconfitta che i Romani ebbero dai Cartaginesi presso Canne, per l' audacia di Terenzio Varrone.

Crudelissimus: Annibale diede onorifica sepoltura al cadavere di M. Marcello.

fectas alacri animo et erecto, unde se nunquam redituras arbitrarentur. Quod igitur adolescentes, et ii quidem non solum indocti sed etiam rustici contemnunt, id docti senes extimescent? Omnino, ut mihi quidem videtur, rerum omnium satietas, vitæ facit satietatem. Sunt pueritiæ certa studia: num igitur ea desiderant adolescentes? Sunt et ineuntis adolescentiæ: num ea jam constans requirit ætas, quæ dicitur media? Sunt etiam hujus ætatis: ne ea quidem quæruntur a senectute. Sunt extrema quædam studia senectutis: ergo ut superiorum ætatum studia occidunt, sic occidunt etiam senectutis. Quod cum evenit, satietas vitæ tempus maturum mortis affert. Equidem non video, cur quid ipse **21**
sentiam de morte, non audeam vobis dicere: quod eo melius mihi cernere videor, quo ab ea propius absum. Ego vestros patres, P. Scipio, tuque C. Læli, viros clarissimos, mihique amicissimos vivere arbitror, et eam quidem vitam, quæ est sola vita nominanda. Nam, dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, et gravi opere perfungimur. Est enim animus cælestis ex altissimo domicilio depressus, et quasi demersus in terram, locum divinæ naturæ æternitatique contrarium. Sed credo, Deos immortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent, qui terras tuerentur, quique cælestium ordinem contemplantes, imitarentur eum vitæ modo atque constantia. Nec me solum ratio ac disputatio impulit, ut ita

merità del collega. – *Sunt* : Ha la prima adolescenza i suoi speciali esercizi. – *Constans* : L' età virile.

Quod eo : I quali sentimenti tanto più chiari m' ap-

crederem; sed nobilitas etiam summorum philosophorum et auctoritas. Audiebam Pythagoram, Pythagoreosque, incolas pæne nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, numquam dubitasse, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus. Demonstrabantur mihi præterea, quæ Socrates supremo vitæ die de immortalitate animorum disseruisset, is, qui esset omnium sapientissimus oraculo Apollinis judicatus. Quid multa? Sic mihi persuasi, sic sentio, cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorumque prudentia, tot artes, tot scientiæ, tot inventa, non posse eam naturam, quæ res eas contineat, esse mortalem: cumque animus semper agitetur, nec principium motus habeat, quia se ipse moveat, ne finem quidem habiturum esse motus, quia numquam se ipse sit relicturus. Et cum simplex animi natura esset, neque haberet in se quicquam admistum dispar sui atque dissimile, non posse eum dividi: quod si non possit, non posse interire. Magnoque esse argumento, homines scire pleraque ante, quam nati sint, quod jam pueri, cum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere videantur, sed reminisci et re-
22 cordari. Hæc Platonis fere. Apud Xenophontem

paiono, quanto più m' appresso alla mia fine. – *Incolas* : Quasi nostri connazionali. – *Tot* : Tante scoperte.

Italici : S' intendono i seguaci di Pittagora, de' quali altrove abbiamo parlato.

Socrates : Vedi Socrate, Lib. I, cap. 25. Vedi Platone nel proemio del Lib. I.

Xenophontem : Abbiamo in molti altri luoghi parlato di Senofonte e di Ciro.

autem moriens Cyrus major hæc dicit : Nolite arbitrari, o mihi carissimi filii, me, cum a vobis discessero, nusquam, aut nullum fore: nec enim, dum eram vobiscum, animum meum videbatis ; sed eum esse in hoc corpore ex iis rebus, quas gerebam, intelligebatis. Eumdem igitur esse creditote, etiamsi nullum videbitis. Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quo diutius memoriam sui tuerentur. Mihi quidem numquam persuaderi potuit, animos, dum in corporibus essent mortalibus, vivere; cum exissent ex iis, emori: nec vero tum animum esse insipientem cum ex insipienti corpore evasisset; sed, cum omni admistione corporis liberatus, purus et integer esse cœpisset, tum esse sapientem. Atque etiam, cum hominis natura morte dissolvitur, ceterarum rerum perspicuum est quo quæque discedat : abeunt enim illuc omnia, unde orta sunt : animus autem solus nec cum adest, nec cum discedit, apparet. Jam vero videtis, nihil morti esse tam simile, quam somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam : multa enim, cum remissi et liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri sint, cum se plane corporis vinculis relaxaverint. Quare si hæc ita sunt, sic me colitote ut Deum : sin una interiturus est animus cum corpore, vos tamen Deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur et regunt, memoriam nostri pie inviolateque serva-

Si nihil : Se niente v' influissero i loro animi, per cui la memoria di sè più lungamente conservano.

23 bitis. Cyrus quidem hæc moriens. Nos, si placet, nostra videamus. Nemo umquam mihi, Scipio, persuadebit, aut patrem tuum Paullum, aut duos avos Paullum, et Africanum, aut Africani patrem, aut patruum, aut multos præstantes viros, quos enumerare non est necesse, tanta esse conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent; nisi animo cernerent, posteritatem ad se pertinere. An censes (ut de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnosque domi militiæque suscepturum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus? Nonne melius multo fuisset, otiosam ætatem et quietam sine ullo labore et contentione traducere? Sed, nescio quomodo, animus erigens se posteritatem semper ita prospiciebat, quasi, cum excessisset e vita, tum denique victurus esset. Quod quidem ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cujusque animus maxime ad immortalem gloriam niteretur. Quid, quod sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo? Nonne vobis videtur animus is,

Cyrus: Ciro morendo in tali detti proruppe. – *Si iisdem*: Se col fine de' miei giorni avessi dovuto terminar la mia gloria? – *Optimi*: Gli uomini probi e dabbene non farebbero ogni sforzo, per giungere all' immortalità. – *Animus*: Consolandosi seco stesso avea sempre talmente in mira la posterità, come se dopo morte dovesse viver di nuovo. – *Quid*: Da che nasce che l' uomo veramente saggio rimira la morte colla massima tranquillità, e l' uomo

Paullum et Africanum: Altrove abbiamo parlato di questi due chiarissimi personaggi.

qui plus cernat, et longius, videre se ad meliora proficisci; ille autem, cujus obtusior sit acies, non videre? Equidem efferor studio patres vestros, quos colui et dilexi, videndi. Neque vero eos solum convenire aveo, quos ipse cognovi; sed illos etiam, de quibus audivi, et legi, et ipse conscripsi. Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit, neque tamquam Peliam recoxerit. Et siquis Deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, et in cunis vagiam, valde recusem. Nec vero velim, quasi decurso spatio, ad carceres a calce revocari. Quid enim habet vita commodi? quid non potius laboris? Sed habeat sane: habet certe tamen aut satietatem, aut modum. Non lubet enim mihi deplorare vitam; quod multi et ii docti, sæpe fecerunt. Nec me vixisse pœnitet: quoniam ita vixi, ut non frustra me natum existimem; et ex vita discedo, tamquam ex hospitio, non tamquam ex domo: commorandi enim natura diversorium nobis, non habitandi dedit. O præclarum diem, cum ad illud divinum animorum concilium cœtumque proficiscar; et cum ex hac turba et colluvione discedam! Proficiscar enim non ad eos solum viros, de quibus ante dixi, sed etiam ad Catonem meum; quo nemo vir melior natus

di poco senno colla massima angustia? – *Qui plus*: Chi meglio e più lungi spinge lo sguardo, ben comprende d' incaminarsi ad una vita migliore, ciò che è negato al poco accorto e poco sagace. – *Equidem*: Al certo io mi sento da sì viva brama infiammato. – *Neque*: Nè qual Pelia mi rinvigorirà. – *Nec*: Nè vorrei, quasi percorsa la mia carriera, dalla meta ritornare alle mosse. – *Colluvione*: E da

est, nemo pietate præstantior: cujus a me corpus crematum est, quod contra decuit ab illo meum; animus vero non me deferens, sed respectans, in ea profecto loca discessit, quo mihi ipsi cernebat esse veniendum. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum, non quod æquo animo ferrem; sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum et discessum fore. His mihi rebus, Scipio (id enim te cum Lælio admirari solere dixisti) levis est senectus, nec solum non molesta, sed etiam jucunda. Quod si in hoc erro, quod animos hominum immortales esse credam, lubenter erro; nec mihi hunc errorem, quo delector, dum vivo extorqueri volo: sin mortuus, ut quidam minuti philosophi censent, nihil sentiam, non vereor, ne hunc errorem meum mortui philosophi irrideant. Quod si non sumus immortales futuri, tamen extingui homini suo tempore optabile est. Nam habet natura, ut aliarum omnium rerum, sic vivendi modum. Senectus autem peractio ætatis est, tamquam fabulæ; cujus defatigationem fugere debemus, præsertim adjuncta satietate. Hæc habui de senectute, quæ dicerem: ad quam utinam perveniatis, ut ea, quæ ex me audistis, re experti probare possitis.

questo informe impasto di cose. – *Quod contra*: Ciò che al contrario dovea egli fare del mio. – *Animus*: Ma peraltro non abbandonandomi col pensiero, e rivolgendosi indietro. – *Nec*: E finchè vivo non voglio dissuadermi di quest' errore, che sommamente dilettami. – *Ut quidam*: Come la pensano alcuni filosofi, che danno in sottigliezze. – *Hæc habui*: Questi sono i miei sentimenti intorno alla vecchiezza, alla quale desidero che arriviate, affinchè col fatto si possa da voi far prova di quelle cose, che avete udite da me.

FINIS.

INDICE

DELLE MATERIE CONTENUTE NELLE NOTE

DELLA PRESENTE OPERA.

R

S

T

ERRATA				CORRIGE.
Tom. I,	pag. 12,	lin. 31,	— comunichi	— comunichino
	» 52,	» 47,	— degni	— degne
	» 63,	» 11,	— da	— ad
	» 69,	» 31,	— cononosca	— conosca
	» 76,	» 28,	— scosigliatamente	— sconsigliatamente
	» 93,	» 16,	— expecundunt	— ex pecudum
	» 131,	» 12,	— merito	— meritò
	» 138,	» 1,	— consubatur	— consumebatur
	» 163,	» 20,	— locus	— locos
Tom. II,	» 32,	» ult.,	— ivan	— iran
	» 90,	» 3,	— voptates	— voluptates